



Iosephus Macropedii, fabula sacra, pietatis & pudicitiae cultoribus perlegenda.

<https://hdl.handle.net/1874/421189>

L 4
Iosephus Ma-

CROPEDII, FA.

bula sacra, pietatis & pudici-
tiae cultoribus per-
legenda.

Omniafert Aetas.

Nihil operum quod non reuelabitur.



Ουδὲν ἔστι κενὰ Χρηματιστικὸν ὅ οὐκ ἀπὸ καὶ αὐθιγῶν.

A N T V E R P I A E.

Excudebat Michael Hillenius in Rapo. Anno Domini

M. D. XLIII.

GEORGIUS MACROPEDIVS
Iacobo Delfio S. D.



Postliminio fortassis mi Iacobe Iosephū
meam recipere tibi uideberis, quod eam
tibi ab anno superiori dicauerim, & ni-
hilominus haectenus, dum trās scribere me
ditarer, quasi captiuam seruauerim. Cau-
sam tamen dilationis, ubi me audieris, in perpetuas meas
tum domesticas tum scholasticas occupationes reijcies scio,
quibus nimirum ita distineor dstringorq; , ut uix interim
mibi proprijs liceat commodis & necessitatibus inseruire.
Accipe igitur litterarium hoc (tanetsi exiguum) ex nostra
lucubratione munusculum, boniq; consule. Et si quidem ar-
riferit (id quod ipse uelim) trāde incudi in omnium studio-
sorum utilitatem, si scus, ita suppressatur, ut mihi nihilomi-
nus exemplar deiuo recognoscendum relinquatur. Nescio
enim quo pacto (ut omnium incommune animantium habet
natura) foetum quaeq; suam mater, quātumuis infœliciter
editum, seruatiū non extinctum cupiat, nisi quod (ut ueteri
prouerbio dicitur) suum cuiq; pulchrum. Nam & simia ea-
tulos suos tanetsi deformes nutrit, fouet, & amplectitur.
Vrsaq; foetum in foemem (si Plinio credimus) paulatim lam-
bendo format & figurat, figuratumq; , ut teneriter foueat,
pectori propensus apprimat. Hæc ioco dicta sunt, tu serio fa-
bilan distia, & tuo pro iudicio examinata trāctita. Vale
mi Iacobe, meq; ut soles ama. Ex Traiecto Anno millese-
mo quingentesimo quadragesimo quarto. 16. Augusti.

PERIOCHE SEV
ARGUMENTVM.



Wenditus Ioseph Iſrahelis filius
Duci Parthonis, ſacrificoq; Potiphar,
Præſicitur omnibus illius negocijs.
Quem intuita pulchram heræ cõcupiuit ad

ſtuprum, &

Nefas recusantem retento pallio
Sceleris marito accuſat, atq; in carcerem
Regis ſategit iniici. Sed ſcite ibi
Vinctis duobus cum explicaffet ſomnia,
Rex ſomnians uatem iubet produciat.
Qui cum aperuiſſet uis a regi inſomnia,
Regni omnibus negocijs præſectus eſt.
Complexus inde Potiphar cum uxore uida,
Duxit pudicam gnatam eorum coniugem.

DRAMATIS PERSONAE.

Prologus.	Stratophilus	milites.	Thalibius præco
Potiphar	Eupolemus		A conſilijs. 4.
AEgla } cõiuges	Deſmophylax.		Tibicines. 4.
Ioseph hebraeus.	Hyporetas cum ſuo		Grex.
Agne } ancille	collega Apotomo.		
Catharis	Sitocopus		
Aſenath, filia.	OEnochous	uincti	
Phronimus } ſerui	Rex Parho.		
Piſtos	Sapientes. 4.		

PROLOGVS.

CVM Lazarum dudum suam uos, quos huic
Theatro adesse gaudeo, auctor fabulae
uidisset ex cepisse mente candidi,
Pluresq; quas prius a didit comcedias,

Induxit in animum suum, alceram quoq;
Ips. mō; depromptam sacris exhibiis,
vobis (modo placeat) exhibere fabulam,
Cui honestam Iosephi uocabulum indidit.
Mirabitur fort. esse uestrum quispian,
Quod fabulam rem sacrosanctam dixerim,
Verum sibi is persuasiam habebit, omne quod
Tragico artificio comedie scribitur,
Dici potest fabulam, quod utiq; non
Tam historia ueri textitur, quod proprium est.
Quam imago ueri fingitur, quod artis est.
Nam comicus non propria personis solet,
Sed apta tricuere atq; uerisimilia, ut
Quae pro loco uel tempore potuere agi
Vel dici. Quapropter is qui contulit
Se ad hoc theatron, non putet, cum au liuerit
Nomen sub argumento Ioseph ebriter
Citarier, quod scriptor ipse ex ordine
De integro uitam ueri scripturus est,
(Nam id artificio comico non competit)
Sed ut emulatione fratrum uenditus,
Aegyptoq; mancipatus principi,
Hera suae stuprum recusans carceri

PROLOGVS.

Iniectus est, Regisq; tandem iussibus
 Eductus, & regni omnibus negocijs
 Praefectus est. Ioliam exhibebit comicos,
 Aut (nisi siet uox diua) tragico comicos.
 Porro inter haec nemo tribuat inscitiae
 Foeduae negligentiae artis comicae,
 Quod quae per interualla longa temporum
 Digesta sunt, sic exhibet, quasi serie
 Quadam sibi sine medio successerint.
 Nam maluit (uelut & alias) populo rudi
 Sacram exhibere historiam ut accidit ordine,
 Quam exactius legis tenere comicas.
 Valet quotquot adestis huic spectaculo, &
 Pro comicis meretricularum amoribus
 Suscipite Ioseph castitatis uindictam.
 Astate taciti, audite, & intucmini.
 Heus uos, fere (id quod oportuit dictum prius)
 Omiseram, ne quempiam uestrum (obsecrat)
 Petulans mulieris impudicae oratio
 Vel gestus offendat lenis, quod absq; ijs
 Mens casta Iosephi haud queat monstrari.
 Sed (ut ante dixi) suscipite pro amoribus
 Scortantium Ioseph castitatis uindictam.
 Finit Prologi.

A 3 ACTVS

I O S E P H V S
ACTVS PRIMVS.
SCENA PRIMA.

Versus Iambici.

Potiphar, Aegla.



Uto omnium uita auidica est miserima,
Subiecta uarijs casibus & incommodis.
Iam quasi neci sit destinatus, hostibus
Virum obijcit, iam non secus q̄ si infirmus
Sit militaris cacula, quolibet eijcit.

Non fuit eum unquam uuere ex sententia,
Neq; curam habere liberis neq; coniugi.
Quam modo (licet mandata regis urgeant)
Tamen relinquere in salutata domi
Nec deo, nec audeo, nisi per peti
Litam, odium, & indignationem mauelim.
Sed eccam eam, nostram moram redarguet.
AEG. Quid quaeso id est mi Potiphar, quod post diem
Vix septimum semel uidendum te offeras?
Adeo inuenusta, adeo in amœna, adeo tuis
Indigna thalamis uisa sum, ut me Potiphar
Fastidias? Pot. Ego te uoluptas mea neq;
Deficio neq; fastidio, sed regijs
(vt ipsa scis) negocijs sic implicor,
Vt me explicare, licet uelim, minime queam.
Quin & modo (quod ægrius multo feres)
Legatione fungar admodum mihi
Molesta, ad Aethiopian tyrannum regiam.
Te nolui tamen in salutata pedem (ut

Decuit)

PROLOGVS.

Decuit) mouere quopiam, ne non modo
 Mœrore te afficerem, sed & ne te minus
 Amare uidear hinc profectus clanculum.
 AEg. Heu me, quid audio? profectus denuo
 Me dereinques orphanam, mœstam, anxiam?
 Me non amas, quam ita crebrò habes ludibrio.
 Quam ueluti coniugem subinde appellitas,
 Hanc ueluti non maritus esses negligis.
 Sed obsecro quando hæc futura profectio?
 Pot. Modo inquit, uelut itineri accinctum uides.
 AEg. Subito? aderis ne uespero conuiuio?
 Pot. Non adero. AEg. Nec mecum in cubili dormies?
 Pot. Non dormiam, mandata quod me regia
 Mox exigant. AEg. Si sic necesse quos rogo
 Comites habebis itineris? Pot. partem bonam
 Exercitus. AEg. Ergòne futurum Potiphar
 Bellum times? Pot. Quamquam in uia discrimen est,
 Bellum haud futurum suspicor. AEg. sed obsecro
 Quando rediturum te domum sperabimus?
 Pot. Post tres dierum hebdomadas huc (si dijs placet)
 Reducem uidebis denuo. AEg. Heu me, quod mihi
 Solatium, quæ mihi uoluptas, quæ mihi
 Vita misera, tali marito subiugæ?
 Vel abes domo, uel distineris regijs
 Semper adeo negocijs, ut me tibi
 Non arctius nuptam putem, quam euro & noto, aut
 Insensibilibus cautibus. Na rustico
 Præstaret inopi, atq; generoso nubere. heu.

I O S E P H V S

Pot. Vxor mea tibi tempera. per Herculem
 Post hac frequentiore habebis in adibus,
 In thalamo, & in conuiuio. AEg. Fieri potest.
 Qui creduam? Pot. Extricabo me, quantum queam,
 His regijs negocijs. AEg. Vt haftenus.
 Sed quid modo usq; adeo improbe celeras iter,
 Vt ultimo conuiuio non adfies,
 Digueris & uix osculo? Pot. Qui uxor queam
 Parthonis imperio (obsecro) resistere?
 Vehementer irget, nec moram ullam sustinet.
 Hoc temporis tantillum eidem surpui,
 Quo licerem tibi in osculo uale ultimum,
 Neq; te in salutata AEgla mea recederem.
 AEg. Facis probe. At quis interim curam rei
 Nostrae familiaris geret? non nostrae id est
 Vir teneritudinis nec experientiae,
 Pot. Noui id equidem. ergo Hebraeus hic, cui & haftenus
 Domus, familiae, & omnium rerum mearum
 Vbiq; dispensationem credidi,
 Prudenter haec dum absun gubernaturus est.
 AEg. Satis is quidem prudens probusq; & integer,
 At quam uidere te tamen malim domu
 Mi Potiphar, quam seruulum hunc emptitium.
 Pot. Nunc obsequendum tempori. Voctus huc
 Ioseph Hebraeus, ut secundo illi omnium
 Curam audiente te mea uxor creduam.
 AEg. Adesto Ioseph, ut marito obtemperet.
 Adesto. —

M A C R O P E D I I
ACTVS I. SCENA II.

Iambici trimetri.

Ioseph, Potiphar, Aegla.

S Alue. adest Ioseph Potiphar.

Quod exequendū præcipe. Po. Sta paululū. Io. Hem.

Pot. Scis tu quidē quōd te admodum pucrū emerim,

Nec te secus quā filium enutriuerim.

Io. Scio id equidem, nec sisies pater meus,

Plus diligas. Pot. Deinde cū te industriū

Deoq; amicum arnerem simul omnibus

Domus meæ negocijs, cunctis bonis,

Seruis & ancillis meis præfeci. Io. ita.

Vt nihiliet domi tuæ, quod (ut arbitror)

Quoniam statu positum sit ipse noueris,

Tantoliet beneficio indignus siem.

Pot. Nunc igitur audi denuō. Quod ampliter

Per te mihi Deus tuus benedixerat,

Super uniuersa quæ tibi mandaueram,

Te denuō constituo coram coniuge.

Quam susq; deq; hæc iussa ferre præscio.

Vt ipsa ab omnibus expedita negocijs,

Viuat sibi exsententia. Tu præses es

Seruis & ancillis meis in omnibus.

Aurum meum, argentum meum, uestes meas,

Agros meos, pecudes meas, reditus meos,

In uniuersam industria, prudentia, &

Fidci tuæ committo. talem te exhibe,

Qualem te hætenus deprehendi in omnibus.

I O S E P H V S

Nemo mouebit absque te manum aut pedem
 In ædibus meis sine tuo arbitrio,
 Hanc præter unam coniugem, quam nullius
 Obnoxiam iugo uolo agere cum suis
 Pedisse quis uitam omnium liberrimam.
 Et quicquid illius ad uoluptatem attinet,
 Et quicquid ad solatium, uolo largiter
 Et ultro suppeditarier. sed cæteris
 (Repetam ut cadem) tu prome, conde, pro tua
 Prudentia. Io. Qualem hastenus me expertus es,
 Here Potiphar, talem futurum credito.
 Confido namq; Dei mei per gratiam,
 Quod neq; ab autis moribus descaro,
 Neq; in tuo humili seruido ingenium malum &
 Seruile in aliquo senties uel audies.
 Quin coniugi tuæ pudicæ & heræ meæ
 Non modo meis pro uiribus cuncta offeram,
 Quæ postulet, uerum etiam in omnibus obsequar.
 Sed obsecro mi Potiphar quid hæc mihi
 Tam seruo rursus iubes? Num quippiam
 Tibi de mea infidelitate suboluit?
 Pot. Nihil sed ego mox regio iussu uolens
 Nolens ad Æthiopas profecturus, tibi
 Mea uetera uolui iussa coram coniuge
 Renouarier, quo animo pusillo non fiet,
 Cum absente me te omnem sciat prouinciam
 Obiturum, & animicura ab omni liberam
 Se & expeditam sentiat. Æg. Tantum uero &

Mibi

M A C R O P E D I I.

Mihi probata in hunc diem est tua probitas
 Amice Ioseph, ut fides tua ne utiquam
 Nec mihi nec huic suspecta sit. gaudeo quoq;
 Quod in ædibus te nacta sim, qui non secus
 Quam uir meus, si absens sit ita domestica
 Obcas gerasq; negocia, ut per te in uirum
 Subinde contemplationem dirigam.
 Io. Ago gratias utriq; uestrum maximas,
 Deus meus uobis refundat centuplum.
 Pot. Rumpenda tandem omnis mora est. puer intro abi,
 Et sacculum pecuniæ tibi traditum
 Ex regio fisco adfer ad me celeriter
 In regium palatium. Io. Face sso here,
 Pot. Iam iam uale me a turturælla, iam uale.
 A Eg. Vale marite coreulum meum, uale,
 Vale, nouissimum uale. Pot. quid nunc? A Eg. mihi
 Tu lachrymarum sponsus es. Pot. Ne lachryma.
 In plenilunio reuertar proximo.
 Tantisper omni quo uoles solatio
 Perfruere. castra accedo. A Eg. uade. Pot. uale. A Eg. uale.
 An non ego misera, huic uiro quæ nupta sum? an
 Iuste arguat, si me infidelem sentiat?
 Valeat pudor si occasionem nacta sim.
 Adest Ioseph. sequere herum, uix castra adhuc
 Ingressus est. Io. sequor ocyus. A Eg. Morabor hic
 Dum redieris. O si mihi huius perfrui
 Complexibus contingat, & mea uulnera
 Obducta remedio sient. Ad hoc mihi

Est actia

I O S E P H V S

Est actitanda artis mea peritia
 Belliis, blanditiis sanguinibus,
 Iocis, dolis, omnisq; generis fraudibus.
 Sed ecceum adest sub sole formosissimus.
 Qui cor meum iaculis amoris uulnerat.

ACTVS I. SCENA III.

Ioseph, Aegla.

Mirum quod Aegla absentiam uiri sui
 Tam egre ferat, tot lachrymisq; lugeat,
 Cum (signa si uiderent fama fidem)
 Non admodum ipsum diligit, nec me tamen
 Deest de heris indigna suspicariet.
 Me adhuc moratur pro ædibus uti dixerat.
 Aeg. Ut uideo Ioseph castra noſter Potiphar
 Nondum introierat, cum dares pecuniam,
 Quod sine mora huc reuersus es. Io. uix hora quidem
 Ingressus erat, ipse quoq; te morariet
 Sciens foris, nihil moratus aduolo.
 Aeg. Qui se se habet negocium? sic regiam
 Urgebat imperium, ut mihi non licuerit
 Iam uespericonuſciet? Io. Neſcio equidem.
 Veruntamen uidi obiter in caſtris simul
 Stratos equos, currus paratos bellicos,
 Et militum ualidam manum accinctam itineri.
 Aeg. Ut miſera ad inſœlicitatem nata ſum,
 Quae in his malis (niſi fracta praſidio tuo
 Subſiſterem) dolore contabereſcem.
 Nam ex omnibus quos alo donum, proſus nihil

Solatijs

MACROPEDIA.

Solatiij mihi prouenit. Conserui enim aut
 Stupidissimi, aut proteruiunt, tumidi quoq;
 Liberti & ingrati, tum inertes & rudes
 Ancillula. Ast in filia oblectare me
 Possẽm quidem, nisi moribus maturior
 Patri foret simillima, ut dicam semel,
 Iam me opprimit simul omnis infœlicitas,
 Nisi tu tuo me fulcias solatio.
 In te meæ sunt spes opesq; repositæ,
 Ex te meæ pendet salutis anchora.
 Mi charæ Ioseph, & domus columen meæ,
 Non amodo te namq; ut olim seruulum,
 Viri sed absentis loco cultura sum.
 Io Mihi tribuis heræ plus quàm merebor, ceterum
 Quicquid mea prudentia aut industria
 Tuo domina pro commodo aut solatio
 Fieri queat, prestare tibi non differam.
 Tuus heræ sum, mihi (ut dæbit) præcipe.
 AEG. Quam gaudeam mi Hebræc, quod tam beneuolus
 Te sentio, non consecui uerbis queam.
 Te que so adesse ne graueris uestero,
 Quod coniugi paraueram, conuiuio.
 Ne sine uiri solatio commiscæan
 Dapes meas (pro dolor) amaris lachrymis.
 Io. Animæ quior sis domina, ne sic lachrymes.
 Venturus sum. AEG. Post horulam uenturus es.
 Ut interim ueiut hæctenus consueueris,
 Seruos rudes, seruasq; nostram & filiam

(Quod

I O S E P H V S

(Quòd iusserit tibi Potiphar) colere docuas
 Nostros Deos, & reliqua mundinumina,
 Hos (aura quòd serena sit) foras tibi
 Produxero. Io. Sic expedit. producito.

Quis callidæ huius fœminæ mentem queat
 Scrutari? Se prodeit ultro ueritas.

Non absq; causa familiam mittet foras.

ACTVS I. SCENA IIII.

Trimetri, ut ubiq;

Serui duo, Ancille duæ, Aſenath, Ioseph.

NOs uult Ioseph domina adire te foras
 Io. Adeste fratres & sorores optimi.
 Meministis omnia lectionis ultimæ?

Pi. Nonnulla sat, nonnulla non sat nouimus,
 Vt pote rudes, & hæctenus simul athei.

Io. Dic Piste primam cuius ipse memineras.

Pi. Quòd unus est uerus Deus qui condidit
 Cœlum solumq; & cuncta in his manentia.

Io. Recte quidem. dic Phronime tu quid memineras.

Phr. Nihil esse Anubin, nil Serapin & Isida,
 Nisi uana quædam numina, aut mage nomina.

Io. Nil rectius. dic Agna mea quid memineras.

Ag. Quòd sit Deus pater omnium, quòd filius
 Per quem omnia, & quòd spiritus, in quo omnia.

Io. At cum sit unus, qui deos tres nuncupas?

Ag. Nescio equidem. Io. Capis ne tu mea Catharis?

Ca. Nec ego quidem capio. Io. Domina mea Aſenath

Tu dicito si intelligas. As. Qui intelligam

M A C R O P E D I I

Præceptor hoc incomprehensibile homini?
 Dicam tamen quantum fide complexa sum.
 Vnam Dei esse hypostasin sub his tribus
 Contemplo personis, uencror, & obsecro.
 Io. Diuina uirgo non tibi humana ratio
 Hæc suggerit, sed spiritus patris omnium.
 Tu dic mea Catharis quod ipsa memineras.
 Ca. Quod cum Deus sit spiritus, non carne cum
 Sed mente pura maxime uenerabimur.
 Io. Pucherrime. Istas gnomicas sententias
 Tractate mente sedula, atq; in lumen hoc
 Incomprehensum mentis oculos figite.
 Sequentibus diebus alia edisseram.
 Valete fratres & sorores, nam mihi
 Ad coenam eundem Heroidis. Gr. Frater uale.
 Cæli Deo laudes canamus supplicias.

C H O R V S.

Per familiam præsentem.

Turbidi plastes Deus unus orbis
 Condidit lucem tenebris fugatis,
 Has uolens noctem uocitari, & illam

Esse diurnam.

Inter effusas simul orbis undas

Condidit cœlum, ut signosa & firmum

Sue discrimen sine mixtione

Esset utrisq;.

Colligens undas locum in unum ab imo

Aridam iussit superare, ut herbas

I O S E P P V S

Germinet fructusq; homini creando, &

Omnium animanti

Solis & lunæ riuilas lucernas

Fecit, ut Phœbus niteat dici,

Atq; cum stellis uaga luna nocti

Luceat atræ.

Duxit ex lymphis uolucres, & omne

Quicquid in ponto uegetatur, & quod

Reptat aut serpit, benedixit atq;

Crescere iussit.

Duxit è terra pecudes, ferasq;

Bestias multæ uariæq; formæ.

Iussit & fœtu decorare terram

Multiplicato.

Finxit è limo rubicundo Adamum,

Præditum mente & ratione fulgum,

Quo Dei formæ similis præesset

Omnibus unus.

Gratias ergo meritas agamus

Omnium plastæ, qui ut ametur, ultro

Propter humani generis salutem

Cuncta creauit.

Repetitio ad singulos quaternarios

Propter humani generis salutem

Cuncta creauit.

FACTVS SECVNDVS.

SCENA PRIMÆ. Trimetri.

Ioseph solus.

MACROPEDI I.



Eus Abraham, Deus Isaac, Deus Israel
 Quid implicas me miserum in has angustias,
 Ut aut stupro te deseram, aut si restitem,

Vit e me e discrimini haud me subtraham?
 Nullus fuit dies ab hora transitus
 Heri mei, quo non stuprandam se obtulit,
 Intus, forisq; in thalamo & in conuiuio,
 Vsque adeo sollicitat fragilitatem meam,
 Ut nesciam an consentiam an dissentiam.
 Nec Phædra eum (si fabulis quid tribuimus)
 Tantum molest a suo quidem Hippolito fuit,
 Quam hæc me suis gemitibus & blanditijs
 Ad impudicitiam illicit. His hætenus
 Certauit armis, mox dolis, argutijs,
 Technisq; tandem (ut auguror) mortis minis
 Armabitur. Præstat tamen domine Deus
 Mihi quidlibet potius pati, quam ut per nefas
 Abs te recedam perfidus. Da ergo mihi
 Constantiam, prudentiam, & tolerantiam,
 Quibus igneis iaculis queam resistere.
 Crepit ostium, loquitur suis ancillis
 Ferocius, quod æstuet libidine.
 Accedo Desmophylac. a micum huic unicum, in
 Cuius sinum cordis mei tuto abdita
 Effundere soleo. ut aliquantulum suo
 Sermone me hoc angore pressum subleuet.
 Cui tamen herile nefas, nefas est prodere.

ACTVS II. SCENA II.

B AEGla

I O S E P H V S

Aegla, Phronimus.

TV Phronime uade, & quó abierit Pistus uide.
 Illan si Ioseph miserit recte quidem,
 At si suo arbitrato abierit, adsit huc,
 Ne forte herus minus paratos opprimat.

Phr. Herus hoc die uenturus est. A Eg. Ita suspicor.

Cras namq; plenilunium est, quo se quidem

Reduam futurum dixerat. Phr. sic fecero.

A Eg. Heus tu. Phr. qd est? A Eg. Si seruū Hebræū uideris,

Eius opus esse diemūhi praesentia.

Phr. Sic duxero. A Eg. Is mihi callidior est q̄ uelim

Phr. Putet me abisse hera, sed morabor hunc latens

Post angulum, ut cum ancillulis quid tractitet

Exaudiam. Si namq; nil mali struat

Cum illis doli, mala uerba dabit & uerbera.

ACTVS II. SCENA III.

Aegla, Catharis, Agne, Phronimus.

VT imperaeram satagite, cubiculum
 Sit apparatus munditer, stratum deint
 Sit heri cubile molliter, quem ad uesperem

Curis grauem domi futurum existimo.

Videte ne puluisculus quidem locum

Coinquinet, stratumue ruga contrahat.

Est namq; mundicies decus domesticum

Et coniugum solatium. Cat. Parebimus,

Parabimusq; domina cuiquid praecipis.

Nil aliud est quod perfici petis? A Eg. Iubes

Duendum erat. Quantum mihi negocij

MACROPEDII.

Rudes puellæ diu docentur exhibent.

Cat. Ignosce quæso, cæterum cauebitur.

Nil aliud est quod perfici domina iubes?

AEg. Volo deinde cubile nostrum aspergier

Verbena, abrotanio, amaraco, atq; pluribus

Herbis suauè olentibus, Veneris sacræ

Olim dicatas ludicris. Cat. Facèssimus.

AEg. Quid stas iners ut stupida & excors statu. c. ill.

Mihi iussa respondebis? Ag. Obsequor libens

Mea domina, & quod iusseris factum puta.

AEg. Pudet & piget uos usq; uerberibus meis

Instituere. Ag. Dabimus operam solertius

Parere dicto & nutibus domina tuis.

AEg. Curate, ut obducantur omnes parietes

AEgyptijs tapetibus, nihilq; sit

Quod non ubiq; splendeat. Ag. Curabimus

Mea domina & hoc, & quicquid aliud iusseris.

AEg. Tandemne dediscetis hos mores rudes,

Accommodate heroicis, herilibus,

Et liberalibus? Ag. Remitte quæsumus

Posthac heræ huius tum diei tum loci

Meminerimus. AEg. Huius leuate byssinæ

Syrmatunica, atq; ex fibula suspendite.

Cauete lymbion ne plicatis rusticè,

Verum decenter atq; molliusculè.

Cat. Decenter exequemur. Agne à dexteris,

Ego à sinistris hoc modo librauero.

AEg. Cauete spinther ne abstrahatis aureum.

I O S E P H V S

Cat. Bono animo es heras, nam læsimus nil omnium,
 Sed compta & apte (ut uolueras) composuimus.
 Ag. Nuncite uos intrò, atq; cuncta ex ordine
 Curate quæ mandaueram, nisi uesperì
 Prorsus uelitis ulmeæ spectarier.
 Ego paululum hic spaciabor animi gratia.
 Ag. Imus domina. Quæ nisi sit animo barbaro ac
 Stupido, ferat mulieris huius extimam
 Superbiam proteruiam, insolentiam?
 Ag. Quid musitauit? Ag. Nihil heras. Ag. Vah capiti tuo.
 Ite ocyus, nisi dignitatis me meæ
 Velitis obliuiscier. Cat. Cedendum erit
 Vesaniæ. Ag. Proh seruitus miserrima.
 Cat. Tacæ, nisi interire uis nos pessimè.
 Ag. At in his malis durare, non tolerabile.
 Cat. At ferre inuitabile, est consultius.
 Ag. Ex æquo in omnes seuit instar tigridis.
 Solus Ioseph æconomus immensus est,
 Quem (nisi ego fallor) ipsa scæde deperit.
 Cat. Similia uero sunt quidem quæ differis,
 Quia limi ocelli, blanda uerba, & cultus hic
 Iuueni exhibendus, flammam amoris indicant.
 Nam hæc tota in hoc fit corporis compositio,
 Vt castum Hebræi corculum sibi glutinet.
 Ag. Ita est profecto, nam urum auersata in hunc
 Conuertit oculos, at pudicus in stuprum
 Nullatenus consentiet. Cat. Consentiat?
 Saxum prius mollesceret, quàm hic in stuprum

M A C R O P E D I I.

Consentiat. Sed eamus intro, ne mala

Post uerba denuò sequantur uerbera.

Ag. Rectè mones, respectat huc. Quid Phronimus hic

Post angulum? Phr. Tamen uerba heræ tamen uerbera hic

Obseruo tacitus & libidinem excoror.

Cat. Cuiusnam? Phr. Heræ. silete, præstat ingredi.

Carcær sonat, ego abibo quò mihi iusserat.

ACTVS II. SCENA IIII.

Ioseph, Desmophylax, AEgla.

FORIS tibi Desmophylax loqui uolebam, at est

Præforibus heræ, quæ postulat nostram scio

Præsentiam, alia tempora his captanda sunt.

Des. Tuus ego sum, atq; euentu in omni tuus ero.

Dominus Deus patris tui det in omnibus

Angoris ærumnis tibi patientiam.

Io. Amen, Vale. Nouus mihi conflictus hic.

Non absq; causa cultus hic assumptus est

Venustior. Salue mea domina. AEg. saluus es

Cordi meo dilecte Ioseph. quin magis

Vocas me amicam (ut opto) quam dominam tuam?

Io. Quia te meam cognosco heram, non coniugem.

AEg. At ego te Ioseph coniugem non seruulum

Desy' ero, formose Ioseph, annue.

Io. Quod heræ nec utile, nec honestum, nec pium

Sit utriq; persuadere nobis desine.

AEg. Qui non pium uita & salus mea unice

Cum (si me ames) diro & cruento uulnere

Cordis mei med. bere, & mihi misera &

I O S E P H V S

Iuuenula uitam suauem protrahes,
 Ne dixerō, a laqueo necis seruaueris.
 Io. Non aestimemus id pium domina mea,
 Quo offenditur Deus optimus ter maximus,
 Paterq; clementissimus, qui uitam & hanc
 Animam dedit nostro imbecillo corpori,
 Huusq; mundi cuncta nostris usibus.
 Deus profecto plus quā homo colendus &
 Venerandus est. AEG. Venerandus est. at si tibi
 Sedet animo cultus, honor, & timor Dei,
 Quin' profus omni ope destitutam me adiuuas?
 Quin' me labantem sustines? quin' erigis
 Solatio? quin' (ut docēs pueros meos)
 Alterius alter calamitatem sustines?
 An non tibi mandat Deus de proximo?
 An id in honestum iudicas, per quod Deo
 Tot opera honesta chare Ioseph perpetres?
 Io. Quantumlibet nostra opera a faciem honesti habent,
 Si fœditatem adnexam habent, inhonesta sunt.
 Si per me an te turpitudinem uelim
 Seruare turpitudini, quid obsecro
 Domina foret scelerstius? Satius foret
 Vtrunq; mortem oppetere honestam, quā alteram
 Ansam alteri porrigere turpitudinis,
 Et minus honeste uiuere. AEG. Esto. at dic mihi,
 Quod dedecus tantum fiet si suauiter
 Mecum interim fruare consuetudine?
 An non Deus naturæ amores irridit?

M A C R O P E D I I.

An cuncta non animantia hac lege coeunt,
 Pulchramq; seruant usq; consuetudinem?
 An non id æquum & id bonum, quod copulat
 Amicitiam in hominibus, & fouet omnia?
 Io. In hominibus certis quibusdam legibus
 Deus hos amores optimè compescuit.
 Quo à pecudibus nostrum genus scærneret,
 Nam ab initio dedit homini iam condito
 Vxorem amicam, & ex eadem liberos
 Suscipere uoluit, posteris quoq; simili
 Ratione agendum censuit. Nulla est mihi
 Coniugij honesta tecum hera mea dignitas,
 Nulla igitur esto illiciti amoris foeditas.
 AEG. En tibi fidem connubij, cape annulum
 Hunc, nostri amoris symbolum, quid animum mi
 Morare nunc? cape symbolum. Io. Non cepero.
 Herus uniuersa quæ domi aut foris
 Longe atq; late possidet præsentem te
 Mihi tradidit, te præter unam, quam sibi
 Castam & fidelem expostulat. Quomodo igitur
 Ingratus illi & infidelis maximè,
 Mihi ipsius te uendicabo coniugem?
 AEG. Quin ille me potissimum tibi tradidit,
 Et quicquid ad animi mei solatium,
 Et ad uoluptatem meam condueret,
 Per te mihi curauit exhiberier.
 Io. Exquire domina cuncta quæ ad solatium
 Et quæ ad uoluptatem attinent, non dixeris

I O S E P H V S

Quod mox tibi non administrem largiter.
 Si aurum uor. arc cupieris, aurum (ut ferunt)
 Tibi uorandum porrigam. si canere uis
 Me, æcinerò. saltare uis, saltauerò.
 Verum ad cubile ne utiquam me illexeris.
 A Eg. Te præter omnis dulcor iste amaror est,
 Mellite Ioseph. Tu unus es mihi affatim
 Solatij dulce dnisq; sattetas.
 Eia ergo meculum mecum fructe meis
 Complexibus. cum uberibus atq; amoribus
 Mecum tibi omnia mea sint communiã.
 Ego te uiro meo usq; commendauerò.
 Ego te familiarem Parhoni effæro.
 Ego seruituti qua premeris exemero.
 Per me bonis quàm plurimis ditaberis.
 Per me laboribus omnibus leuaberis.
 Per meq; ad altiora promoueberis.
 Audis precantem, audis gementem, conijce
 Quantis amoris facibus hoc cor æstuat.
 Io. Quid cuncta quæ promittis herã mihi proderunt.
 Si unam auferas mihi meam innocentiam,
 Fidem, & Dei mei perennem grati. m?
 Vtilia nulla sunt, nisi eadem honesta sint.
 A Eg. Me obtundis his Dei tui sermonibus,
 His tetricis philosophicisq; argutis.
 Iana loquere uerbum amoris & solatij.
 Io. Ab ijs herã mea quæ locutus sum, nihil
 Diuer sum (ita Deus adiuuet me) exaudies.

Nunquam

M A C R O P E D I I.

Nunquam in stuprum nefarium consentiam.

Aeg. Ab dure Ioseph, Caucasq; durior,

Cuius cor haud emolliunt ulle preces.

Ab saeue Ioseph, Atreoq; saeuior,

Qui cor meum hoc uerbo unico sic lancinas.

Nil te mouent hae lachrymae: nil hae preces:

Nil gemitus & suspiria haec: nil ipsa mors:

Proh dolor in ingratum tot haecenus mihi

Et tam ampla collocata fore beneficia.

Vale ut meres ingratae Ioseph. hora erit

Cum te uelis mihi misertum. proh dolor.

ACTVS II. SCENA V. Ioseph solus.

Mihi foeminae huius quamquam inanes lachrymae,

Lachrymas quoq; excutiunt. Profecto siquid heri

Multa mihi contulit beneficia, quae uti

Proprium educavit filium, sed non (uelut

Modo improperat) ingrato & improbo uiro.

Tu testis es Deus Israel, quod si quae an

Omnes mei artus corporis conuertere in

Manus pedesq; & omnem heri substantiam

Laboribus meis in aurum uertere,

Non refugerem. Sed quod tuus scio legibus

Contrarium, nec audeo nec fecero.

Hinc scio tamen mihi imminere periculum.

At quidlibet satius pati, quam per stuprum

Fœdarier, tui quoq; obliuiscier.

Dee sabaoth da uincere, & da perpeti.

Quid hoc? —

I O S E P H V S
ACTVS II. SCENA VI.

Serui duo, Ancille duæ, Ioseph, Aſenath.

Ioseph denuò eijcitur foras.

Io. *Quæ causa fratres & sorores inquite.*

Pi. *Quod sola agat habet ipsa certo in ædibus.*

Nos interim uult erudicere foras.

Dem ipsa, quamquam turbida est, nobis sinit

Ad horulam spaciari. Io. *Rectè facit.*

Materq; familiæ haud ualet semper animo

Parere tranquillo, potissimum ubi domum

Coniux reliquerit. Phr. *Hunc sibi (quod suspicor*

Obbeuata tpaetia atq; stromata

Quæ protulit) putat aduenturum uesteri.

Io. *Faxit Deus. Vos interim mihi dicite,*

Quid quisq; uestrum hesternæ ab hora meminertis.

Dic Aſenath domina mea, quid meminertis,

Quid quisq; curet maxime, ubi iam credidit,

Dei parare cultui. As. Mentem humilem, ob hoc

Quod pulsus est cælo Sathan superbia.

Io. *Nil dicier ualet æquius mea Aſenath.*

Nihil Deo est acceptius modestia.

Dic Catharis ecquid meminertis. Cat. *Deo meo*

Vitam parabo sobriam, quoniam gula ex

Paradiso Adamum propulit. Io. Rectè quidem.

Ad multa nos incommoda simul expulit.

Quid Agna tuæ. Ag. Mentem Deo castam paro,

Luxuria quod diluuium aquæ mundum obruit.

Io. *Euertit & Zodomam & Gomorrhæam funditus.*

Quid

M A C R O P E D I I.

Quid Phronime tu? Phr. Mentem parandam candidam,

Quod inuidens fratri Cain maledictus est.

Io. Iram pepererat liuor in fratris necem.

Tu Piste. Pi. Frugalem p. ro mentem omnibus

Mundi huius opibus expeditam & liberam,

Quod nil sceleratius, quam amare pecuniam.

Io. Hunc namq; bella, neq; dolere periuuria.

Studeamus his ornare uirtutibus

Et moribus mei amiculi, quis maxime

Deum colendum diximus. Mentemq; quoq;

Tranquillam in his malis paremus omnibus,

Quis seruitus obnoxia est. Aduersa enim

Veris Dei cultoribus speranda sunt,

Quo ipse memorem quod nemo uestrum protulit.

Valete, & ut placuit herae spaciemini. Fam. Hem.

Io. Decus meus quid fecero? Si intrauero,

Certamina noua mihi imminet, hoc maxime,

Meas quod ipsa lachrymas notauerit.

Si non eam, calumniam meditabitur,

Quod herilibus in negocijs sim negligens,

Omnemq; sibi curam rei domesticæ (id

Quod herus uetabat adfuturus uestperi)

Reliquerim. Satius tamen rem debitam

Curare, quiduis ingruerit, & ingredi.

ACTVS II. SCENA VII. Ioseph, AEGla.

S Alue herae. AEG. Mi Ioseph saluus es. Tua opus mihi

Prudentia, quod adfuturum uestperi

Virum putem, at quia in familia nostra eras

Et si.

I O S E P H V S

Et filia erudienda & occupatus &
 Sollicitus, haecenus uocare distuli.
 Nunc age mi Ioseph unicam solatium,
 Meaq; ueluptas unica, quia nullus est
 In aedibus Veneri amoris conscius,
 Longe omnibus simul remotis arbitris,
 Mecum cuba. Io. Haud cubuero. Aeg. Porro necesse erit.
 Alioqui enim te inferre mihi uim clamoto.
 Io. Ah. Hec gratia est? Hæc flamma amoris? quæ haud modo
 In iram & odium, at in furorem uertitur?
 Aeg. Iocor mi amicule, nullus est in aedibus,
 Amoris & Cupidinis nostri arbiter,
 Fruamur (age ne differas) complexibus.
 Non ferreum te aut frigidum olim comperi.
 Cape symbolum, prunis fruamur nuptijs.
 En cubiculum ornaui tibi tapetibus
 Et institis nostratium pulcherrimis,
 Straui cubile & mirrho & aloë & cinnamo,
 Pueri foris, uir longè abest, nec hoc die
 (Tamen si id euulgaueram) rediturus est
 Veni fruamur osculis, uberibus, &
 Hic usq; mane amoribus, quid hæsitas?
 Io. Non hæsito heræ non hæsito, quæ dudum erat
 Est mens mihi eadem, & eadem erit constantia,
 Et tu (quod aiunt) cantilenam eandem adhuc
 Mihi occinis. Dicam semel, Non fecero
 Quod suggeris, nec operibus consentiam
 Nefarijs. Stulto labori parco

M A C R O P E D I I.

Sine mihi mean obsecro castitatem heram integram,

AEG. Sine mihi tuis his lacrymis mederier.

Tolle simulationem, & omnem scrupulum,

Quod nascitur mihi & marito nascitur.

Huc huc ades. Io. Ne traxeris. AEG. Eia cia ades.

Vt simulat hic. Io. Non te pudet heram? AEG. Eia cia ades.

Ad gaudium trabendus es? Io. Quid patior heu

Domine Deus? praestat mihi fugere turpiter,

Quam hic excitare tragœdiam. tene improba hoc

Tibi pallium, quo salua sit mihi castitas.

AEG. Vestram fidem domus meae uernaculi.

Adeste. Proh. uim patior à uiro improbo.

ACTVS II. SCENA VIII.

Familia, Ioseph, AEGla.

Quid fugis Ioseph, quidue turbae in aedibus?

Io. Nouit Deus meus arbiter. Pi. Quid heram tibi?

Quid tremula membra? oculi attoniti? quid in

Vultu color dubius? quid hanc uestem tenes?

Disiecta quid tibi tæniae & redimiculae?

Quin? loqueris heram? quin? indicas quid obsiet?

AEG. Me miseram. ut est turbata mens, & omnia

Simul mei artua corporis quassata sunt.

Indigna gnata, indigna pueri passa sum.

Recutitus ille, pestis illa domus meae

Stuprum mihi, cum nemo adesset, obtulit,

Vim intulit, & oppressisset utiq; ui, nisi

Luctamine & clamoribus (mihi chlanyde

Seruata) abegissem foras. Ego me sinam

I O S E P H V S

Mancipio ab hoc uilissimo iam haberier
 Ludibrio? O utinam redisset Potiphar,
 Qui eradat hanc luem ab aedibus nostris, prius
 Quam omnem familiam & filiam corruperit.
 Phr. Vehemens quidem erat impulsus ille libidinis,
 Sit uenia hera adolescentie, nos certe cum
 Non nisi pudicum & integrum deprendimus.
 AEg. Sit uenia ei, qui non modo hoc die, sed &
 Saepe numero temerare nos aggressus est?
 Pi. Correptus emendabitur, ne queso hero
 Rem deferas. Ag. Remitte queso. Cat. Remitte hera.
 As. Si quid meae precis ualent mater mea,
 Condona Ioseph noxiam hanc. AEg. Non audio.
 Recutitus hic uitium mihi puer offerat?
 Huc gnata ades, seruae adeste, quo uiro
 Mundum paremus cubiculum. Tractate uos
 Quae uestra sunt non segniter negocia.
 Pi. Agenus hera quodcumque Ioseph iusserit,
 Quis omnia haec constructa per calumniam
 A foemina nequissima non uideat? Ast
 Adest Ioseph tristior, loquatur is.

ACTVS II. SCENA IX.

Ioseph, Pistus, Phronimus.

Salute fratres. Pi. Salue Ioseph. Quam tuam
 Vicem dolemus, non queamus proloqui.
 Intus heram & in cute nouimus, satis quoque
 Iam olim probauimus tuam innocentiam,
 Nec suspicamur aliquid in te criminis.

Tamen

M A C R O P E D I I.

Tamen ueremur ne malum tibi ingruat.
 Io. Nouit Deus quid fecerim. Pi. Scimus quidem
 Te innoxium, tamen ueremur, ne) si her a
 Commenta stupri defraat) plus satis herus
 Verbis querentis credulus, te puniat.
 Io. Nos æqua oportet mente cuncta perpeti,
 Nobis Deus quæ per malignos ingerit.
 Oportet ad purum excoqui auriscoriam, ad hæc,
 Vasa figuli in fornacibus probarier,
 Hominesq; iustos in malis prementibus,
 Meministis ut uobis subinde hæc dixerim.
 Phr. Dixisti Ioseph, & meminimus. cæterum
 Non possumus tibi non timere, nec tibi
 Non condolere ex animo, & ò utinam modo
 Liæret in aliquo tibi opitularier.
 Quid si quod olim audiuius, quod iudimus
 Quod ipsa nobis obtulit, præ sente hero
 Cum uereituro ando astruamus, quo minus
 Habeat fidem suæ uenere & coniugi?
 Io. Nolite pro me in herilem (amabo) insaniam
 Aliquid, licet uerissimum, præ tendere.
 Prudens fidelis & probus seruus studet
 Herile dedecus abdere, & non prodere.
 Præstat mori, quàm heræ notam aliquam inire.
 Non nostri enim sumus, at heriles mancupi.
 Tandem silendum, ne qua de uobis mali
 Suspicio fiat mutuo ex colloquio heræ.
 Vos introite, & atrio curate ne

I O S E P H V S

Ornatus absit debitus. Phr. Curabimus.
 Io. At grauius. uos solus ego iam subsequar.
 Domine Deus patris mei Israhel, Deus
 Qui me eruisi de manu fratrum meorum
 Et enutristi in hunc diem, longe à meo
 Patre separatim, interq; gentes barbaras,
 Iam cor meum pauore mortis palpitans
 Omni ferè solatio destituitur,
 Quasi me ex amicorum catalogo eraseris,
 Cum nil tamen contra tuas leges uolens
 Admiserim. Veruntamen solatur hoc
 Pectus meum, quòd mente tota mi Deus
 Animoq; fidem tibi non deseris.
 Ingrediar, et uidebo quid conserui agant.

CHORVS PER FAMILIAM

Versu Trochaico.

OMnium qui conditorem
 Per fidem complexus est,
 Ornet illi mentem honestam,
 Candidis uirtutibus.

Qui studet Deo placere
 Cor paret modestia,
 Lucifer quòd est olympo
 Pulsus ob superbiam.
 Sobriam paretq; mentem
 Absq; crapula Deo,
 Quòd gula ex paradiso Adamum
 Protoplastum cicærit.

MACROPEDII.

Sordis expers mens parietur

Castitate prædita,

Fœda quòd libido mersit

Cum Gomorrha Zodomam.

Candidum & luoris expers

Cor sit erga proximum,

Inuido in fratrem Caini

Quòd Deus maledixerit.

Liberet cor usq; rerum

Omni ab appetentia,

Quòd nihil magis execrandum

Ac amor pecuniæ.

Toleret æqua mente dura

Iussa uerba uerbera,

Quòd Deo nil omnium sit

Gratius patientia.

His suam mentem studeto

Imbui uirtutibus,

Quisquis ipsam conditori

Præparat coenaculum.

ACTVS TERTIVS.

SCENA PRIMA. Trimetri.

AGla, Stratophilus.



Mnis mihi mora longa, nec queam in ædibus

Persistere, nisi uiro reuerso me ultra sim.

Sed eccum, adest miles Stratophilus, qui mihi

Quicquid uir est referet probe. Str. Salue hera. Quòd &

Faustum sit & iucundum, adest maritus Potiphar.

C Sequetur

I O S E P H V S

Sequetur cui: stigio. te sibi cupit

Comptam atq; letam occurrere, ut qui maxima

Cum gloria (caesis per agros barbaris,

Latrunculisq; per uiam insidiantibus)

Legatione functus est, regi quoq;

Parhoni honore debito susceptus est.

AEg. O mi Stratophile, nec merito gratiam

Nec gaudium queo exhibere, tantus est

AEstus, dolor, pudorq; nostri pectoris,

Quod uerpus hic me indignius tractauerit.

Str. Quis hic? Ioseph? at probum ipsum credidi.

AEg. Pestem puta. Veniat maritus. Str. Ecce cum

Quid habet mulier? ecquid furens intrò fugit?

ACTVS III. SCENA II.

Trimetri ut reliqui omnes.

Potiphar, Eupolemus, AEgla.

Quid uxor intrò me uidens se proripit?

Eup. Nescio. redit suffarcinata chlamyde.

Habet quod afficit cor ægritudine.

Pallor, rubor, liuorq; id in uultu indicant.

Pot. Facile AEgla habet, quod sibi molestum indicat.

AEg. Ades ne tandem Potiphar? nullæ tibi

Cura est rei domesticæ, tum coniugis,

Tum filie, tum familie nostræ integræ?

Pot. Quæ cura? nonne tuo libens pro arbitrio

Præfeci Ioseph omnibus negocijs,

Quo tu tuo genio fruaris libera?

AEg. Hic scilicet frugi puer, quem tu tuis

M A C R O P E D I I.

Amoribus nostras in aedeis duxeras,
 Stuprum obtulit mihi pro pudor, uimq; intulit.
 Num misera sum, quae tam probis commissasum
 Custodibus? Pot. Nihil ego quidem in puerum meum
 Peccaui, ut hic sol testis est. si quid tamen
 In te puer deliquit, ipse corrigam.
 Aeg. Tu corrigas? scio quam tibi iste charus est.
 Nisi uita Apelle adempta sit, qui mihi stuprum
 Per uim obtulit, prorsus recuso uiuere.
 Patiar stupratorem meum superstitute
 Me uiuere, et cum filia atq; familia
 Versarier: Non aliam in aedibus tuis
 Rationem habebis castitatis Potiphar?
 Me doleo tam encruui uiro sociarier.
 Pot. Audi uxor, et moderare paulum affectibus.
 Est eor equidem fuisse mihi charissimum,
 Quid in omnibus semper fidelem senserim,
 Quid dijs amicum uiderim, quodq; per eum
 In omnibus nobis Deus benedixerit.
 Nihil minus si modo tibi uitum obtulit,
 Poenas dabit, nec in sceler. commuoco.
 Vocetur huc Ioseph foras, quo herae suae
 Mox criminis respondeat. Aeg. Quid audio?
 Tuae ne credis coniugi? Tibi adhuc mea
 Suspecta sit mi uir fides? En chlomydem
 Quam mihi reliquit in fuga. Nam passa uim
 Dum clamitarem, exiit haec nudus foras.
 Num haec plana ueritatis argumenta sunt?

I O S E P H V S

An tibi per omnia sacra iuratura sum?
 Pot. Reo locus defensionis dandus est.
 Nec contra eum temerè feram sententiam.
 AEg. Plus uideo te tribuere mœcho quàm mihi.
 Iam adest domus nostræ columnen, interroga.

ACTVS III. SCENA III.

Potiphar, Ioseph, AEgla.

Bone uir ades, lepidumq; mancipium meum
 Io. Hec admodum te uideo succensere mihi,
 Obsecro te, in ira sis memor clementiæ.

Pot. Tusculiæ meam roges clementiam,
 Corruptor omnîs familiæ & nostri thori
 Dic. egone te (cum paruulum non paruula
 Pecunia mercatus essem) non secus
 Ac filium educaui? Io. Ita est, non secus here.
 Pot. Num turpiter (ne quis putet) te abusus sum?
 Vel an sulam libidinis tibi præbui? Io. Haud
 Me abusus es, uti Deus & hic sol testis est.

Pot. Tene ego domus meæ omnibus uernaculis
 Olim & priusquam abirem in Aethiopiã adhuc
 Præfeceram Nonne omnium domus meæ
 Rerum negocia quoq; tibi tunc, præter hanc
 Thalami mei uiam coniugem commiseram?
 Io. Præfeceras, & plura quàm dicere queas
 Commiseras. Pot. An non perinde ac filium
 (Loquere modo ex sententia) ego & uxor mea
 Te habuimus usq; in hunc diem charissimum?
 Io. Habuistis utiq; & unicum & charissimum.

Tantaq;

M A C R O P E D I I.

Tantaq; fuere in me utriusq; beneficia, ut
Neutri queam dignis referre gratias.

Pot. Quis ergo te Sathan co dementiæ

Per duxit, ut thalamos meos adulteros,

Et coniugi per uim mea stuprum offeris

Impurus & longè omnium ingratisimus?

Io. Tuam domine salutem, honorem, & commodum

Hucusq; pro mea uirili quaesij,

Nec ego tuum cubile adulter pollui,

Nec coniugi stuprum intuli aut uolentiam.

AEG. Audis ut hic uersutus omnia tor queat.

¶ Dum se uiser uero neget stupr. asse me?

Pot. An id opere perpetr. aueris non queritur,

(Quod absit) at per uim quòd istuc uolueris.

Io. Nec pollui, nec uim intuli, nec uolui here.

Pot. Audin' tu eunn? AEG. Credin' tu ei? quid patior hæc

Mibi. cogitur fides mea fidei istius

Vilissimi cedere. quasi non audeat

Mentirier, qui haud ueritus est mœcharier.

Dic impudens, dic impudice hæc chlamys & hic

Galerus his in manibus unde relicta sunt.

An non, tuam cū n ferre non possem impetum,

Clamore præsidium mihi querebam, & hæc

Delapsa (quid dico?) immò que detecerat

Dum elaberere, mihi tenebam pignori?

Omnis familia mea mei clamoris &

Tuæ fugæ mihi testis est. quid certius?

Pot. Si credimus tæmerijs nil certius.

I O S E P H V S

Dic impudice, pallium unde coniugis?
 Dic unde clamor, unde fuga processerit?
 Io. Nouit hera. AEG. Noui, & istud obtestata sum.
 An non palam conuictus est? Pot. Elinguis est
 Nunc aut fatendum crimen est, aut illico
 Aperta signa apertius refellito.
 Io. Miserere quæso innoxio. Pot. Qui? etiam ne me
 Rides? ligate innoxium, quæ noxijs
 Adhibenda uinculis ferreis Io. Obsecro here.
 Pot. Quid obsecras? nil impetras. abducite
 In carcerem istunc regium, donec sciam,
 Quæ pœna tantis sceleribus respondeat.
 AEG. Tantum ligatus carceri intrudendus est,
 Qui illudere adeo nequiter mihi usus est?
 Hæc (proh nefas) censura digna Potiphar
 Pro coniuge? Nisi patibulo affixus siet,
 Tædet profecto animam meam uitæ meæ,
 Mortem oppetam, uitam nego. Pot. Compefcito hos
 Animo. truces uxor mea. scio quatenus
 Sit corrigenda iuuenis hæc lasciua.
 Ingredere, calor ætatis habeat gratiam.
 Mihi moderandus est animus meus quoq;
 Ne temerè in insontem uirum pronunciem.
 AEG. Hei mihi, nihil proficere, proh misera occidi,
 Restim quid AEG. præter unam residuum?
 Pot. Quanto magis se uitæ uit, ferocit hæc,
 Tanto magis causæ hæc mihi suspecta fit,
 Hoc maxime, quod hic usq; castus uixerit.

M A C R O P E D I I.

Maerato eo in custodia aliquot mensibus

Omniem libidinem excoquam. post acrius

Examinabo eum hoc super negotio.

Abducite. Io. Herc. Po. Nō audio. Io. Hcu me. Po. Abducite

Cauebo ne uxor quid mali sibi inferat.

Non est malum quod superet iram mulieris.

ACTVS III. SCENA IIII.

Eupolentus, Stratophilus, Ioseph,

Familia, Desmophylax.

TE oportet hanc ærummam Ioseph exequit
 AEquanimūter. nam si innocens sis (quod uelim)
 Deus tuus te educet, & cum gloria

Propter tuam innocentiam te prouehet.

Premi innocentia ualeat, at non opprimi.

Et si (quod absit) uelut homo peccaueris.

Nonisti heri clementiam, non te sinit

In carcere (mibi credito) putrescere.

Deserbeat ira heri, furorq; coniugis,

Scio mox redibis in priorem gratiam.

Io. Quamquam innocens, nihilq; probri admisi, ut est

Testis Deus, rei q; tandem euentus hoc

Probabit. hæc animo fero æquo, & perferam.

Nullaq; in heros maledicta uel probra ingeram.

Str. Facies probè. Eu. Procède Desmophylax foras.

Fam. Nosterne Ioseph caræri illi gaudus? Heu.

Eup. Hunc Potiphar dux militum tibi mi Phylax,

Licet approbum, custodiendum tradidit.

Des. Hucusq; tandem lapsa res quam dixeras

I O S E P H V S

Nuper mihi diuine Ioseph miseria?
 Tuus fui & tuus futurus sum, modo
 Licet mihi per principum clementiam.
 Ingredere, te mox omnibus praefero,
 Qui in hac tenentur regia custodia.
 Eu. Facies probè. Ioseph uale. Io. ualete uos.
 Valete uirgines & omnis familia.

ACTVS III. SCENA V.

Catharis, Agna, Phronimus, Pistus.

Vale mi Ioseph castitatis amator, &
 Herilibus fidelis in negocijs.
 Det tibi Deus tuus animo isthaec omnia
 (Innoxius quæ patris) æquo perpeti.
 Ag. Quin? illa possiet soror mala perpeti,
 Qui patria pro castitate pulsus est?
 Qui in seruitutem ingenius hanc redactus est?
 Qui in ignibus neq; medijs adustus est?
 Et inter hæc quis uidit impotentius
 Dolo confici? Quis inter prospera
 Etiã in sole sære? Haud sinet suum Deus
 Deficere seruum in carceris squalloribus.
 Pis. Quid absq; causa plus satis pauetis? Haud
 Defecerit nouimus heri clementiam,
 Quantumq; Hebræum diligit. Deserbeat
 Paulisper hæc uxoriam æmulatio,
 Restituet hunc in æconomiam pristinam,
 Implenda adhuc (mihi credite) ea sunt somnia,
 Quæ puer adhuc cum patre manens praeuiderat,

Et fra

M A C R O P E D I I.

Et fratribus narrarat indignantibus.
 (Meministis ut subinde nobis retulerit)
 Videbam in agro (ait) manipulos undecim
 Venerarier mecum manipulum cornuos.
 Solem atq; lunam, & ultro stellas undecim
 Adorare me cum numen aliquod supplices.
 Quod fratribus fuit odij incitabulum.
 Adhuc uidebimus (mihi credite) patrem,
 Matrem, atq; fratres undecim tum supplices
 Sublinem Ioseph gloria uenerarier.
 Cat. Expendis hæc penitius atq; ego somnia
 Mi Pistæ, faxit arbiter Deus, ut queat
 Tandem innocens probarier. Pi. Probabitur,
 Seruabitur, honorabitur. Ag. Faxint Dij.
 Phro. Faxint. Eamus intrò, ne si forte herus
 Foras iturus me exigat, & absentiam
 Durè meam redarguat, & heras furijs
 Agitata uos diuerberet. Cat. Sequimur, præi.
 Video & alios in carcerem tradueier.
 Ex regia familia, ut habitus indicat.
 Spectemus alongè obsecro euentum rei.

ACTVS III. SCENA VI.

Ministri regij duo, Captiui duo,
 Desmophylax, Ioseph

P Rodito Desmophylax foras. Desmo. Custos adest.
 Hype. Hos tibi duos uirtute regis maximi
 Custodiendo tradimus sic serua eos
 Ut regio imperio satis fecisse te

I O S E P H V S

Quando exigeris comprobet. Des. Operam dabo.

Aliud ne uult rex maximus curarier?

Hyp. Nihil, uale. Des. ualete. Ioseph hos tue

Commendo curæ atq; fidei, ut nutrias, colas,

Et mente amaros lenias. Io. Ingredimini. Cap. Heu.

Ios. Non illibenter fecero. Des. Dij boni

Quid aspicio? quàm subita rerum uarietas.

Priorem Hebræum quo fidelior haud erat.

Vel sanctior, dein principes duos uiros,

Quorum alter erat à caliculis regi, alter hic

Quoq; regijs pistioribus præerat, modo

Fortuna fallax carceri simul iniiecit.

Quis igitur illius tametsi amplissimis

Fidat (nisi excors) dotibus. Redco ad meos.

CHORVS PER IOSEPHVM

Et Captiuos, carmine Glyconico, ex Psalmo.

Vsquequo domine obliuisceris, &c.

Vsquequo dominans Deus

Eris quæso mei inmemor?

Vsquequo à famulo tuo

Auertes faciem tuam?

Captiui cum Desmophilæ.

Sis Hebræe animo bono

Virtus non ualet opprimi.

Vsq; quo Deus atterent

Curarum mala cor meum,

Quæ mœroribus indies

Hæc præcordia macerant?

Sis Hebræe, &c.

Quousq;

MACROPEDIA.

Quousq; hostis meus erigens
 Contra me caput, opprimeat;
 Me Deus meus aspice,
 Exaudiq; preces meas. *Sis Hebr.æ.*

Illustra mea lumina,
 Ne in mortem sopor incidat,
 Et iactet ualuisse se
 Contra me furor hostilium. *Sis Hebr.æ.*

Si motus fuero, hostibus
 Patescam opprobrio melis,
 At cum tu miseris iuues,
 In te spem posui meam. *Sis Hebr.æ.*

Gaudebit quoq; cor meum,
 Cum salus mihi uenerit,
 Tum cantabo Deo, boni
 Cum tantum mihi fecerit. *Sis Hebr.æ, &c.*

ACTVS QVARTVS.

SCENA PRIMA. Trimetri.

Artocopus, Oenochous, Ioseph.



Ac nocte tot me terrere in somnia,
 Ut mens mea etiam dum uigilo turbata sit.
 Oeno. Errare (eho) fecere nuntos somnia,
 Et ipse uidi in somniis, nec me tamen

Res ipsa destituit graui. Bono es animo,

Arto. Si mihi fiet qui interpretetur, omnis

Quiddam latet nostris sub hoc in somnio.

Oeno. Mysterium quoq; nostrum habet, modo adhibeas

Fidum atq; doctum interpretem. Arto. quem pro dolor

Inter

I O S E P H V S

Interpretem fidum hic dabo in custodia?

Io. Saluete. quid fratres mei solito magis

Tristanini, mœrorq; uultus deprimit?

Oeno. Vidimus uterq; somnium, nec quispiam

Quæ interpretetur obuius? Io. Dic mihi prior

Tu somnium, per me Deus operabitur.

Oeno. Faxit Deus. Io. Dic somnium. Oeno. Mihi quidem

Apparuit uitis trium propaginum,

Quæ uuis mihi post gemmulas & flosculos

Maturrimas uisæ affatim producere.

Videbar & manu mea tenere me

Calicem Parhonis aureum, uiniq; ei ex

Uuis liquorem imprimere limpidi. Binum, &

Porrigere regi poculum. Hem nostrum tibi

Insomnium. Io. Euge, insomnium boni ominis.

Nam in uisæ tres propagines, tres sunt dies,

Post quos Parho tui memenerit, atq; te

Restituet ultro dignitati pristinae.

Tunc obsecro, cum læta cuncta & prospera

Tibi fuerint, tui memento interpretis.

Vt suggeras regi Parhoni, quo sinat me

Ex carcere hoc educier, quod ex mei

Patris domo fortim actus ac uenundatus

Sim, & innocens in hunc lacum detrusus sim.

Oeno. Deis tibiq; gratias ago maximas

Interpreti meo, nec tanti ero

Vaquam inmemor beneficij, diu uiuero.

Et quod rogas, & quicquid ultra in rem tuam

M A C R O P E D I I.

Coram Parbone facere queam, non differam.

Art. Coniecto es uere *Ex h. 2.* (uelut audio)

Diuine Ioseph, ita quadrant hæc singula.

Rogo te quoq; ut m. me quod angit somnium

Meum explias. Io. Tuum refer quoq; somnium.

Art. Pariter uidebar habere me in capite meo

Canistra tria farine, & in summo cibos

Omnes, meæ artis quos coquo peritia,

Ex ipso auesq; pascier. Visian hoc meum.

Vide quid hoc portendat ominis boni.

70. Heu somnium hoc mali ominis præludium.

Nam tria canistra tres dies signant adhuc,

Post quos Parbo te capite plexum indet cruci,

Carnesq; lærabit tuas ibi uultures.

Art. Me miserum, ut est dissimile id ominis alteri.

Io. Æ quo feras oportet animo, quod nequis

Reuinare, ex æquo omnibus mors imminet,

Licet hunc modo, modo alterum præoccupet.

Vos mutuo solamini, quòd alia sunt

Mihi in alios mox exhibenda munera.

Valete. Oeno. Tu diu ne Ioseph quoq; uale.

FACTVS IIII. SCENA II.

Potiphar solus.

Cvre graues & opprimunt, & ex eo

Oppressere me, quo seruum Hebræum in carcerem

Conieci, & expuli domo. cuius fides

Mihi tam probata erat, ut mihi nunquam queat

Fieri ullius probatior. Cuius me am

Omnem

I O S E P H V S

Omniem crudibat familiam sapientia,
 Cuius meam rem familiarem & intus &
 Foris gubernabat simul prudentia.
 Nunc in a (ut anim. duerto) cuncta hæc pessum eunt,
 Sublato eo per quem simul seruata erant.
 Adibo eum sat maceratum (ut autumo) &
 Si probra coram me atq; lesa coniuge
 Fateatur, & sibi cupiat ignoscier,
 Hac eruan custodia, atq; pristino
 Mox alligabo muneri. hem custos adest,

ACTVS IIII. SCENA III.

Desmophilax, Potiphar.

S Alue patrone. Pot. S. diuus es. quid Hebræus hic
 Mæcus agit? adhuc uadet? De. uadet pæcraticè Po. Is est
 Mihi modo conueniendus. Des. Hem, speraueram
 Dicturum is eruentus est. Pot. Post tantane
 Flagitia? Des. Non queo mi patrone inducere in
 Animum meum, quod Hebræus ea patrauerit.
 Pot. Manifestiora signa sunt quàm tu queas
 Refellere. Des. At factum negat constantius,
 Què mihi per isthæc indiciâ persuadear.
 Pot. Morare dum solus loquar puero meo.
 Des. Aduerto quòd cupiat Ioseph carceris
 Non illigatum, aut erutum squilibus,
 Quòd iure suspiciatur illum innoxium, &
 Quòd careat egrè illius opera in edibus.
 Verum timet suam proacem coniugem,
 Cuius ueretur obuiare iussibus.

Proh

M A C R O P E D I I.

Proh pudor, ut est hæc seruitus foedissima,
 Exercitus ut imperator regij
 Plus hostibus domi timeat uxoreculam.
 Non is mihi liber uidetur, cui imperat,
 Iubet, uetat muliercula id quod sibi libet,
 Quiq; imperanti nil negat, Nam dandum erit
 Si postulet, ueniendum erit si accersiat,
 Si ei sciat exeundum erit. si rat a sit
 Timendum erit, si seruidorum quemlibet
 Exosum habeat, in hunc (licet sit innocens)
 Nolit uelit cogatur animaduertere.
 Vtrunq; doleo, sed magis insontem uirum,
 Qui propter odium foeminae locui insidet.
 Sed cecum herum, confecto adest negotio.

ACT. IIII. SCE. IIII. Potiphar, Desmophylax.

Facescit hic mihi deuoto negotium
 Curasq; curis aggrauat. Des. Breui admodum
 Tuam expedisti mi Patrone negotium.

Pot. Breui quidem, sed male, quod hic me offenderit.

Des. Qui Potiphar? Pot. Tu scis meo quum fuerit is
 Charus animo, priusquam is uxorem meam

Delinqueret. Des. Noui probe. Pot. Memor illius

Amoris, & mihi fidei olim prestitæ,

Iam mitigata uix mea prece coniuge,

Venio, offeroq; remissionem criminum,

Modo facta coram me atq; lesa coniuge

Sponte propria supplex uolet fateri.

Quid multa, idem quod acinui olim canticum

I O S E P H V S

Mihi occidit. Des. Quod illud es? Pot. Quod scilicet
 In me nihil. (quod tolero) nihil in coniugem
 Peccauerit. neq; posse se quouis modo
 Induci, ut id mendax fateri debeat,
 Quod ne utiquam commiserit. cum sint tamen
 Tum signa tum tecmeria manifesta, ad hæc
 Totius a stipulante uerbis coniugis
 Meæ familiæ rite testimonio.
 Des. Tu uideris quid fearis. Nisi sit tibi
 Mihiq; & omni familiæ uirtus fidesq;
 Probata ab annis pluribus, profecto apud
 Me plus ualerent testimonia signaq;
 Nec credo familiam tuam testarier,
 Quod uiderit scelus, sed aut clamantis, aut
 Fugientis indicium admodum mihi frigidum.
 Audiuerit uel uiderit. quasi non queant
 Ist hæc simul cum pallio, facile alio
 Torquerier. Pot. Video equidem te hæc prosequi, ut
 Probro meam insanules pudicam coniugem.
 Quam Hebræus ipse criminis non arguit.
 Des. Ne irascitor. Nec ipse criminis arguo,
 Suffraget autem insonti & innocuo uiro.
 Pot. Super hac tibi re controuersa alias loquar,
 Quod hoc die haud uaacet mihi argut. arier.
 Nam proximus nunc regius natalis est,
 Cui haud absq; cura multa mihi paranda sunt.
 Des. Mihi quoq; agenda multa in ædibus, uale.
 Pot. Vale. & hic mihi causam uiri ambiguan facit.

MACROPEDIA.

At honestius, commodius, & securius
 Est credere me a coniugi quam emptitio.
 Video ministros regios quo nescio
 Properare maturo gradu. profecto habent
 Verè arduum ne zocuum. Recta igitur hinc
 Domo relicta propero ad aulam regiam,
 Si forte rex me quoq; uelit res serias
 Tractare uel quad. antenus disponere.

ACTVS IIII. SCENA V.

Apotonus, Hyperetes.

Quidnam putas ex hoc futurum Hyperetæ,
 Quod in sui natalis hoc conuiuio
 Parho iubet rex maximus tum à poculis

Tum Artocopon ex ergastulis produci
 An uterq; restituendus, an plectendus est?
 Hyp. Neutrum ego quidem mihi suadeo, sed alterum
 Duntaxat esse recipiendum. & alterum
 Plectendum ab ipso suspicor, ut in altero
 Suam indicet clementiam, atq; in altero
 Severitatem iudicis (uelut assolet
 Sub ferijs) mox propalet. Ap. Polferiæ
 Non feriæ, ast atri dies in altero.

Hec tibi uirum. —

ACTVS IIII. SCENA VI.

Hyperetes, Desmophylax, Ioseph, Captiui duos.

Huis adesse Desmophylax duos
 Precipe uiros, quos tibi tenendos tradidi.
 Des. Produci curabo. Ioseph ducito

D

Regis

I O S E P H V S

Regis ministros huc foras. Io. Produxero.

Des. Quid maximus rex hos iubet subserijs

Produci? Natalis hic qui gaudij

Solet esse, num mæroris erit & luctus?

Hyp. Videbitur. Io. Iam Oenochoe nostri memineras.

Oeno. Meminero dummodo iuxero. Io. Fido tibi. Ar. Heu.

Hy. Prodite. mox uos regi oportet sistere.

Oe. Præsto sumus, illuc ducite. Ar. heu. Des. Quid illud est

Quod altero gaudente hic alter ingenit?

Io. Dicam tibi. Pincerna regi ex gratia

Seruabitur. sed Pistor enecabitur.

Des. Vterq; præscit suam sententiam?

Io. Præscit. Des. At quo iudice? Io. Haud me iudice,

Sed somniorum interprete. Des. Hem. quæ somnia?

Io. Memorare non decet hoc loco, quod atrio

Sunt aperiendo proximi. intus dixero.

Præi. sequar. Des. Sic fecerimus honestius.

ACTVS IIII. SCENA VII.

Hyperetes, Oenochous, Artocopus, Parho.

VTrunq; iudicio tuo Rex maxime

Hic facinorosum sistimus, uti pro tuo

Arbitrio uel liberes uel punias.

Oeno. Rex obsecro memor tuæ clementiæ

Ignosce delictum meum. quo stultus in

Te & dignitatem regiam peccaueram.

Art. O rex tremende meam mihi uitam obsecro.

Par. Cessa. Memor pincerna sedulitatis &

Fidei tuæ, noxam remitto, uitam habe, &

Fungere

M A C R O P E D I I.

Fungere ministerio tuo. Oeno. Dum uiuo rex

Vitam meam tibi debeo, gratusq; ero.

Par. Surge, huc ades mi, infunde uina poculis.

Pistor tue dementiae pœnas dabis.

Art. Miserere rex. Par. Misertus sum. nunc iudico.

Capite reciso pro tuis facinoribus,

Suspensus in cruce ab auibus laceraberis.

Ar. Me miserū, ut est amara mors. P. Apagete eū. Hy. Hē.

Par. Nos leti agamus ad epulas quod attinet.

Modulos canant tibieines & oscines.

¶ C H O R V S.

Ex Esdra libro tertio.

Iambico dimetro pentastropho.

Bacchus tametsi præpotens,

Et præpotens Rex, quispiam,

Et præpotentes Mulieres,

Tamen omnibus potentior

Victoriosa Veritas.

Bacchus, &c.

Vinum bibentes decipit,

Regisq; mentem & orphani,

Vernaculi atq; liberi,

Pauperrimiq; & diuitis,

Facit unius sententia.

Bacchus.

Hoc recreat in conuiuio,

Cor omne, & omnem negligit

Dolorem, & omne debitum,

Facitq; mentes diuites

Mox omnium quos occupat. Bacchus.

I O S E P H V S

Regem uereri aut satrapen

Non nouit, at eum pondere
 Mystas suos loqui facit,
 Cedereq; amicam & proximum,
 Postq; omnium obliuiscier. Bacchus.

Rex omnibus mortalibus

Dominatur, & quod iusserit
 Mox exequuntur impigri,
 Si bella, ruptis moenibus
 Ciues trucidandi cneant. Bacchus.

Qui militans, si uicerint,

Regi suo spolia adferunt,
 Non militantes excolunt
 Terram, atq; regi ex fructibus
 Messis tributa pensitant. Bacchus.

Vt unus ipse iusserit

Necant, remittunt, uerberant,
 Vastant, struunt, uellunt, serunt,
 Omnes eidem obcediunt,
 Et unus ipse immunis est. Bacchus.

Ad hæc, recumbit, edit, bibit,

Dormitq; septus regio
 Famulantium munimine,
 Nec quispiam qui cedat est,
 Sed constat, & sua negligit. Bac.

Vino Mulier & regibus

Dominatur, ut quod gignat, &
 Emutiat seu uestias

M A C R O P E D I I.

Regem & satores bacchicos,
 Quod & omnibus necesse sit. Bac.

Si argentum & aurum homo colligat,
 Et cuncta quæ preciosa sunt,
 Videatq; pulchram mulierem,
 Illi relictis omnibus
 Medullitus cohaerit. Bacchus.

Hanc propter & patrem suum,
 Suamq; matrem & patriam
 Dulces alumnos negligit,
 Cum ea remittit & animam,
 Chærorum & obliuiscitur. Bacchus.

Dolorem, onera, pericula,
 Abominandaq; scelera,
 Furtum, latrocinium, dolum,
 Dementiam, & mortem ultimam
 Ob mulierem solet aggredi. Bac.

Quantumlibet rex magnus est,
 Tamen est memoria proditum,
 Quod mulier in contiuio
 Diadema eidem abstulerit, &
 Sinistra eum occiderit. Bacchus.

Lixt tamen sic polleant
 Liber pater, rex, scemina,
 Plus quoq; duobus sceminis,
 Nihilominus plus omnibus
 Valet & triumphat Veritas. Bac.

Quis condidit simul omnia?

I O S E P H V S

Quis dirigit coelestia?
 Quis regit & hæc terrestria?
 Quis mare gubernat & aëra?
 Nisi increata ueritas? Bacchus.

Nam ueritas Deus unus est,
 Deus optimus ter maximus,
 Qui dedit Iac. ho uim suam,
 Et regibus potentiam,
 Mulcibusq; gratiam. Bacchus.

Hanc superi adorant & tremunt,
 Hanc inferi horrent & pauent,
 Hanc iure terrigenum greges,
 Rex seruilus, scelix, miser,
 Colunt, honorant, inuocant. Bac.

Sunt uina iniqua, rex quoq;
 Iniquus, & iniqua mulier,
 Iniquum & omne hominum genus,
 At sola domini Veritas
 Manet æqua in omnia secula. Bacchus ta. & e.

ACTVS V. SCENA I.

Trimeri. Parho, Sapientes, Potiphar.



Nsomnia pharj uiri huius noctis in
 Conticinio uidi, quod (uti consyde-
 ro) Pro- riam profecto interpretatione habet.
 Quapropter huc uos aduocaui, ut cõgruam
 Mibi eius explicetis hermeniam, & ut
 Sciam ex ea que agenda uel uitanda sunt.
 Sap. In sempiternum uiue rex. dic somnium, &

Inter

M A C R O P E D I I.

Interpretari nostrum erit pro uiribus.
 Par. Mihi uidebar stare in alta fluminis
 Ripa, & uidere ex alueo eius progredi
 Septem boues multo omnium pulcherrimas,
 Et in palude pascier. Vidi deinde
 Alias boues numero pari procedere, &
 Paser (licet frustra) in locis uirentibus,
 Tanta macredine squalidas ut nunquam eis
 Deformiores uiderim. Atqui hæ pinguium
 Omnem uorariunt inde pulchritudinem,
 Pari tamen macie manentes squalidæ.
 Sap. Visum hoc Parho diuina res & mystica est,
 Nostro nec ingenio explicandum suspicor.
 Par. Silete dum reliqua eloquar. Rursum deinde
 Obdormio, uideor mihi spicas adhuc
 Septem uidere pullulantes unico ex
 Culmo, elegantes turgidasq; semine.
 Mox & alias tenues, rubigine marcidas
 Numero pari spicas uidebam subsequi,
 Que omnem priorum facile pulchritudinem
 Degluterunt, Somnium ex me audistis, &
 Interpretationem adæque postulo.
 Sap. Non est Parho inter nos magus, diuinus, aut
 Pharius sophos, qui istuc tibi mysterium
 Digne explicet, nisi forsitan sit Potiphar
 Vates Serapidis, & sacerdos Isis,
 Cui thure placata obsequuntur numina.
 Pot. Nec tanta mihi rex maxime sapientia est,

I O S E P H V S

Vt somnij mysterium digne explicem, at
 Tua faciat quod suadeo clementia, ut
 Fiat sophis dilatio usque in crastinum,
 Si forte sit tunc quispiam qui enucleet.
 Par Me luditis, tempusq; redimitis. Nisi
 Dissolueritis somnium intra horarium,
 Peribitis. Num in hoc aliam uos maximis
 Stipendijs, ut in arduis negocijs
 Stolidus dari mihi uerba pro rebus simant
 Abite mox, & quod iubeo facessite.

ACTVS V. SCENA II.

Potiphar, Sapientes.

Angustie me & uos premunt uiri, quia
 Nec me Dij, nec uos sophia seruauerit.
 Nam uideo in hoc insomnio summi Dei
 Mortalibusq; incogniti mysterium.
 Nihilominus satagite, quisq; pro sua
 Sapientia quid possiet. ego ad Apidis
 Properabo fanum ut precibus & sacrificijs
 Numine propicio, oraculum illi extorqueam.
 Sap. Faxint Dij. Pot. Satagite uos. faxint Dij.
 Ne regis ira innoxios nos opprimat.
 Angustie mentem meam premunt graues,
 Nec scio mea quid pro salute fecero.
 O si mihi nunc quispiam doni siet,
 Cui dubijs in rebus his mentem meam
 Aperiam, & in sinum illius curas meas
 Effundam. At heu nullus mihi fidelis est.

Te sera

M A C R O P E D I L.

Te sero Ioseph dol: o missum in carcerem,
 Qui in omnibus fueras mihi solatio.
 Loquar familia, & sanum Adibo Scrapidis
 Quid denuo pincerna habet.—

FACTVS V. SCENA III.

Ocnochous, Parho, Hyperetes.

TE obsecro rex
 Meam mihi remitte negligentiam,
 Par. Quæ Oe. Cum ego tuusq; Artocopus ob nos
 Includeremur ferro onusti carari, (Istra sacra
 Vidimus uterq; somnium, certissimum
 Vitæ & necis præsagium. Quod cuiquam
 Vbi seruo Hebræo pariter indicauimus,
 Tam plane utriq; explicuit, ut vitæ ego quidem
 Seruandam adhuc me noscerem, uerum ille se
 Sciret neci tradendum, ut exitus rei
 Probauit. Itaq; interpres ille obnoxius
 Rogare me, ut memor sui tibi suggeram,
 Quo ex carcere queat innocens educier.
 Porrò ego uiri ingratus beneficio, hætenus
 Silui, modo ausam fors loquendi præstitit.
 Hunc, somnij si rex petas interpretem,
 Iube ocus uocariet, nil prorsum erit,
 Quod non facile resoluerit. Par. Surge, ut mihi
 Respondeas. Quis hic Hebræus, quem tibi
 Dicis fuisse interpretem? Oeno. Hic furtim è sua
 Terra atq; gente libera translatus est,
 Fraternali ob odia, & Potiphari uenundatus

I O S E P H V S

Tandem innocens in carcerem demersus est.

Par. Quidam innocens? Oeno. Hunc Potiphar metusue &
Liore adactus coniugis, detrusit huc.

Par. Putas meum mihi somnium retexat hic?

Oeno. Retaxat hic, nam spiritum Deorum habet.

Cuius quidem (quo multa paucis explicem)

Modestiae, prudentiae, sapientiae

Aegyptus haec nunquam secundum protulit.

Par. Adducite hunc, astraque nostro uultui.

Tu modo caue, ne talium sis inmemor.

Oeno. Cauebo rex. Hyp. Exhibimus, urum quoque

Tonsum (ut deat) lotum, atque ueste aegyptia

Circundatum, tibi rex Parho exhibebimus.

Par. Sat agite, quam fieri potest celerrime.

Hy. Dabimus operam. Si innoxius (uelut asseris)

Qui Potiphar caput suum tuebitur.

Oeno. Ipse uideat, dum coniugi plus credidit,

Quam pro sui nominis honore debuit.

Hem commodum. Hy. Quid? Oeno. Ecce custos carceris.

ACTVS V. SCENA IIII.

Ocnochous, Desmophylax, Ioseph, Hyperetes.

HEus tu. Des. Quis hic qui me uocat? Oe. Nos respice

Des. Saluete principes uiri, & tibi gratulor

Pinarna, quod iam dignitati pristinae

Ad poelarestitutus es. Miror tamen,

Quod usque adhuc interpretis tibi commodi

Oblitus es. Oeno. Iam faxo ad amplam gloriam

Queat euehi. Des. Certo? Oeno. Certo certius.

Vocatus

M A C R O P E D I L

Voetis huc. Des. Faxint Di; beati, Ades
 Iosephe, ades, sepone. quæq; agenda sunt.
 Io. Adsum domine. Saluete principes uiri. At
 Hæc gratia est interpreti. Hæc sponderas
 Pinnæna, de te bene merenti in carere?
 Oeno. Pudet ad te Ioseph eleuare oculos meos.
 Ignosce quæso in hunc diem socordie
 Meæ atq; ingratitude. Iam faxo eas
 Ad honorem & amplam gloriam. Nam te Parho
 Me suggerente iussit acersuier,
 Ut ussa sibi quæ alios latent insonnia
 Digno explices mysterio. Io. Credere licet?
 Hyp. Credas Ioseph maxime, quod in hoc duos
 Nos misit, ut te caræris lacu erutum, &
 Tonsim (ut decet) sistamus eius uultui.
 Io. Tandem ne Deæ famulum tuum humilem respicis?
 Tandem ne pressa hucusq; uincet ueritas?
 Me quolibet ducite uiri. Phylax u. de.
 Des. Tu quoq; uale diuine Ioseph plurimum.
 Hyp. Nos sequere Hebræc, quod antequam sistendus es,
 Tonsus, lauandus, & induendus es. Io. sequor.

ACTVS V. SCENA V.

Desmophylax solus.

Quam gaudeo uita uirum integerrima
 Pædore caræris erutum? Veruntamen
 Quid æsso conuenire herum, ad quant. anq; sit
 Vir euehdus glori. am prædicare?
 Timendum ei, (sed maxime eius coniugi)

Malum

I O S E P H V S

Malum parari pessimum, qui ob mulieris
 Instantiam, infontem uirum durissimæ
 Voluit subire in carcere hoc angustias.
 Probata mihi uiri usq; ab adolescentia
 Et castitas ueneranda fuit, in omnibusq;
 Heri negocijs stupenda fidelitas,
 At mulieris pudicitia non mihi modo,
 Sed & integro famulicio suspecta erat.
 Quid mihi subinde dum uirebam corpore
 Vltro obtulit, me propter inclytam uiri
 Famam tuendam, efferre libertum haud deest.
 Nec me latet Pistus quid olim seruulus
 (Dum curiosus acta dictaq; herilia
 Venatus est) subinde deprehenderit.
 Et commodum, nam egreditur ipsus huc foras,
 Fortasse herili expulsus inclementia.
 Libet (antequam se abducatur hinc porro) alloqui.

ACTVS V. SCENA VI.

Pistos, Desmophylax.

VT est nihil quietis unquam in aedibus.
 Desm. Heus tu. Pis. Hem. quid est? quis me uocat?
 Des. Herus est domi?
 Pi. Non est. Des. quò abiit? Pi. In Apidis phanum, ut sacro
 Peracto ab extis auguret, quid scimnia
 Iam ostensa regi coelitus portenderint.
 Des. Frustra abiit illo, & exta frustra consulct,
 Frustraq; diuinabit. Alius est enim
 Repertus, hæc qui euoluerit mysteria.

Pi. Singu.

M A C R O P E D I I.

Pi. Singularis ille fiet oportet Oedipus,
 Qui tam arduum negotium digne explicet,
 Quod tot magi, pharij, sophi, atq; aruspices
 Ægypti in hanc horam haud queunt euoluere, ut
 Prius quàm abiret ex hero resciumus.

Des. Repertus est (inquan) omnibus qui præstat his
 Nostris philosophis atq; uaniloquis uiris
 Suapte ueriuerbio. Pi. Dic age, quis est?

Des. Is noster est Hebraeus execrabilis.

Pi. Quis ille Hebraeus? Des. Heræ stuprator perfidus.
 Quem propter indignum facinus in carcerem
 Potiphar herus cum furibus detruserat.

Pi. An ille Ioseph? Des. Ille Ioseph? Pi. Lachrymæ
 Mihi oboriuntur. ille Ioseph. Des. Ipsus est.

Pi. Heu uir pudicæ, uir fidelis, uir probe,
 Quàm indigna propter castitatem passus est.

Nec is infidelis, nec stuprator heræ fuit,

Virtute summa præditus. Noui tuos

Liberte mores & sales. scio te nihil

Iuueni optimo contrarium molirier.

Des. Idipsum est expertus usq; in hunc diem.

Cui credidi res ultro carcerarias,

Et omnibus præfeceram custodijs.

Pi. Nil certius. Dic seruo bona fide,

Res sese Ioseph nunc habent fœlicius?

Des. Profec̄to fœlicissimè. Nosti duos

Regis ministros ob sua facinora meæ

Contraditos custodia? Pi. Noui. Des. Hos ego.

I O S E P H V S

Fideli Ioseph credidi. Pi. Quid postea?
 Des. Sile parum. Videre uterq; somnium
 Rei futuræ maximum præ sagium,
 Quod ubi resoluit utrisq; Ioseph tristibus,
 Suspensus alter in malam crucem, alter est
 Vitæ à Parhōne restitutus usui,
 Primoq; pocillandi honesto muneri.
 Pi. Rem teneo profusus, tres canistros, atq; tres
 Propagines. tu perge dicere. Des. Hæc ubi
 Pincerna regi prodidit, iussit statim
 Vatem eripi squaloribus, suo quoq;
 Conspectui clementer exhiberier.
 Pi. Euge euge. Des. Iam tondetur intus, illico
 Redimitum honestis uestibus uidebimus
 Producier. Pi. Faxint Dij, ut mente integra
 Animoq; præsentis ualeat ænigmata
 Interpretari, & inuenire gratiam.
 Des. Fido, ualebit, haud enim uulgarium
 Nostrum decorum. afflatus est hic numine.
 Pi. Quid? non Apollinis? Serapidis? Isidis?
 Des. Portenta sicut hæc uana, non pia numina,
 Quorum is docet nos sacra detestari,
 Deumq; coeli maximum uenerari.
 Vnde hic locus miscere sermones modo
 Non postulat. Pi. Iocabar. Is quoq; nos deum
 Verum docuit olim domi uenerari.
 Video itaq; heris cladem imminere maximam,
 Ob impudentiam eorum & imprudentiam.

Des. Pol

M A C R O P E D I I.

Des. Pol maximam, si non malo obuiauerint.
 Nam facile se regi probabit innocentem,
 Et è solo natali in hunc furtim locum
 Translatum, honesto ortum patre atq; libero.
 Pi. Quid audio? patre libero? Des. ingenuo quoq;
 Plus millies audiui ab ipso in carcere. Hac
 De causa, heri ut prudens saluti consulam,
 Carcere relicto me huc recepi. Herus mihi
 Querendus, admonendus, inducendus est,
 Occurrat ut malo quod imminet. Vale.
 Pi. Vale, ubi tibi prædixeram, ipsum offenderis.
 Dij boni, quis ciuium hic concursus est?
 Ioseph stolatum eduxerint, spectandum erit.

ACTVS V. SCENA VII.

Oenochous, Ioseph, Hyperetes.

Hoc est Ioseph quod tibi promiseram,
 Si modo queas regi Parhoni somnia,
 Que iam tibi memorauit, ad unguè exponere,
 Eorum sensus mysticos euoluere,
 Ingenuitate pristina, opibus maximis,
 Amplissimaq; gloria donaberis.
 Io. Nihil mihi sublimium rerum arrogo,
 Penes suam authorem sit omnis gloria.
 Deus absq; me ostendit Parhoni somnia.
 Per me Deus regi aperiet mysteria.
 Sine me Deus dabit Parhoni prospera.
 Oe. Cum te sciam diuinum habere spiritum,
 Non dubito quin præstare, que de te modo

Regi

I O S E P H V S

Regi sponendi, possies. Sed ecce Rex
 Foribus atrij patentibus, solium occupat.
 Morare paululum, ut te adesse nunciem.
 Hyp. Prudenter hoc, eat ut te adesse nunciet.
 Io. Eat, & quod illi placuerit renunciet.
 Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Israel,
 Patrum meorum, à quo omnis est scientia &
 Prudentia, & qui solus omnium abditorum
 Escognitor, da mihi tuarum sedium
 Rogo presidem sapientiam, ut regi omnia
 Dilucide queam explicare, que tu ei
 Sub inuoluto tradidisti obscurius.

FACTVS V. SCENA VIII.

Oenochous, Parho, Ioseph, Thaltibius.

R Ex omnium regum Parho ter maxime,
 Adest Ioseph omnium quos terra habet
 Interpretum quidem facile princeps, sibi
 Quem uoluerat tua celsitudo adducier.

Par. Isti hunc uirum haecenus moror. cur stat foris?
 Quin' introducitur Oeno. Introduxero, huc ades
 Ioseph, Parho rex maximus te sibi iubet
 Assistere. Io. Presto sum, & animo regis ad
 Iussum negociumq; sum promptissimo.
 Oeno. Procede, ne uerere, nam regi places.
 Io. In sempiternum uiue rex ter maxime.
 Vitam meam Parho, omniumq; qui suam
 Per impudentiam, uel imprudentiam,
 Doluere multo pessimum, me liberam

M A C R O P E D I I.

Et innocentem in seruitutem & carcerem
 Hucusq; tradidere, mihi dona obsecro.
 Par. Tibi dono & hoc, & quicquid aliud petieris.
 Neq; me latet fraterna coniuratio,
 Falsaq; mulieris de stupro in simulatio.
 Exurge, sis animae quior. nullus tibi in
 Regno meo (modo sim Parho) aduersabitur.
 Et si quidem mihi solueris aenigmata,
 Quae proposuero interpretanda, (nam ferunt
 Te habere coniectandi ab exaëso Deo
 Scientiam) te exaësiorem fecero
 Cunctis tuis maioribus uel hostibus.
 Io Regi uirili pro mea ultro inseruiam.
 Per meq; regi interpretabitur Deus,
 Illi absq; me quae ostendit alta somnia.
 Et absq; me dabit Parhoni prospera.
 Rex itaq; dicat somnia, & mysterium
 Conabimur Deo adiuuante euoluere.
 Par. Ausculta & animaduerte, paucis dixerò.
 Ego recubans noctis quieto tempore in
 Stratu meo, expendensq; regni totius
 Varia negotia, pauperum infortunia, &
 Amplissimas possessiones diuitum,
 Pressus sopore graui uidebam ex aluco
 Prodire Nili fluminis septem boues
 Pulcherrimas specie, atq; obesas carnibus,
 Herbasq; laticas ac uirentes capere.
 Septem deinde alias sequentes squalidas
 Atq; macilentas, quae omnium praecuntium

Boum uorabant crassitudinem. Dein
 Experges factus denuò in somnium incidi,
 Septemq; spicas intuebar uberes
 Plenasq; natas culmo in unico, sed &
 Suppullulantes alteræ numero pari,
 Et marcidæ & tenues uorabant illico
 Omnem priorum pulchritudinem. Hæc quidem
 Mea somnia hæc me terruerunt oppido.
 Hæc omnibus domus meæ prudentibus
 Examinanda tradidi, nec explicant.
 Porro tibi, qui spiritum uiui Dei
 Ioseph tenes, facile explicanda fidimus.
 Ιο. Ἄνευθεῖς τὸ δ' οὐ φεγὼ σ' ωτιζιορ
 Ἀποκρίθις εἶπες. Creator omnium
 Deus indicat Regi per isthæc somnia,
 Quæ gente in hæc Ægyptia futura sunt.
 Intende Rex Parho meis sermonibus.
 Septem boues pinguisimæ septem indicant
 Annos inauditaq; fertilitatis, &
 Rerum omnium nascentium affluentia.
 Septem deinde boues macræ atq; squallidæ
 Septem alteros annos figurant, maximæ
 Famis, atq; frugis omnis indigentia,
 Qui deuorabunt omnium præcuntium
 Rex magne plenitudinem. Septem quoq;
 Spicæ perinde habent eandem imaginem.
 Nam quod secundo apparuit, signum puta
 Fuisse certitudinis. Nunc ergo Rex
 Querat uirum integrum, fidelem, industrium,

M A C R O P E D I I.

Qui colligat frumenta in horrea regia,
 His proximis annis abundantissimis,
 Ut habeat unde pascat annis alteris,
 Qui hos subsequenter inopiæ improvidum
 Sibi credit iam populum, ne inedia pereat aut
 Tabescat, & sæptro indecens sit regio, &
 His omnibus regni uiris primarijs.
 Par. Iam cerno quod diuinus in te spiritus,
 Iam cerno quod Deus tuis u. rus Deus,
 Solusq; præstat numinibus Ægyptijs,
 Qui abdita suæ sapientiæ tibi indicat.
 Iam non te Ioseph infamæ sortis hominem,
 Sed ueluti principem uirum tractabimus.
 Verum hoc monet causa ipsa iam præuortiet;
 Quid agendum in hoc sit arduo negotio, &
 Quis rite sit obiturus hanc prouinciam.
 Tu u. de Thal tibi, ocyusq; accersito
 Ergastulorum militumq; principem,
 Ut ad roganda spondeat. Thal. Rex pareo.
 Io. Tuam fidem obsecro Par. hoc clementissime,
 Anima uiri pro qua rogavi salua sit.
 Par. Suam salutem tibi quidem acceptam feret,
 Ut gratiam cognoscat esse gratiam.
 Sequere intro me ad res fertas, Tu arcesse eum.
 Ex omnibus caue resciscat quippiam.
 Thal. Facesso rex. Nisi foret hic clementior
 Hero, quum erat herus innocenti seruulo,
 Actum esset herede de salute principis.
 Sed ecce iam eum pro quo citando mittimus.

I O S E P H V S

ACTVS V. SCENA IX.

Potiphar, Desmophylax, Thaltibius.

SCis tu liberte, ut charum adulescentulum
 Vsq; habuerim, facinusq; ob indignissimum
 Inuitus illum ergastulis adegerim,
 Spero hinc mihi nullum minime periculum.
 Des. Scio mi Patrone (nec profecto me decet
 Terrere te frustra) scio (inquam) animum tuum
 Nunquam fuisse aduersum ei, sed & integrum,
 Et facilem, & equum, at scirpus iste nodum habet.
 Pot. Quis ille? Des. Quod putaris hunc in coniuge
 Tua infidelem & impudicum, quem in alijs
 Expertus es fidiissimum. Sed mulieri,
 Quam deprehenderas subinde lubricam,
 Plus credulus, temere pudicum afflixeris.
 Pot. Fateor quod imprudenter istuc fecerim. At
 Si innoxius, quid increpatus tacuit, &
 Silentio culpabilem se prodidit?
 Des. Probitatem in hoc seruus fidelis comprobat.
 Qui maluit pœnam sibi irrogari,
 Quam hœre suæ factum impudicum prodere.
 Pot. Certon' mihi istuc astruis? Des. Plus milles
 Cum lachrymis mihi fidei questus est.
 Pot. O Iuppiter ut hoc mihi delet, quod optimo
 Homini irrogavi pessima. & caput meum
 Discrimini exposui, hanc per imprudentiam.
 Quid consilij mihi reliquum? Des. Plane nihil.
 Nisi sola deprecatio, nam languida
 Defensio est, illa impetrabis quidlibet,

Pot. Faxine

M A C R O P E D I I.

Pot. Faxint Dij. Atat atat quid hic Thaltibius? Des. Hem.

Quo acer siat te, à regè missum suspicor.

Pot. Formudo. Thal. Rex te Potiphar suis iubet

A s s i s t e r e t r i b u n a l i b u s , q u o e x a m i n i

Mox illius respondeas. Pot. Quod rex mihi

Mandavit exequar. Th. Exequendum at ocyus.

Pot. Sine remora. tantum loquendum est coniugi.

Thal. Vide sis. Des. Me adesse principi ne dixeris.

Thal. Non dixerò. acclerato opu'st. Pot. Curabitur.

Des. Res nostri Hebræi in quo statu sunt obsecro?

Thal. Pulcherrimo. nam interpretatis somnijs

Regni omnibus negocij: (ut auguror)

Aut modo quidem præfectus est. aut illico

Cum honore præficiendus est. Des. Dignissimum.

Pot. Nihil est magis quòd gaudeam, quam seruilium

Meum ad supremam dignitatem prouehi.

Thal. Credo. Vale. Pot. Præco uale. iam subsequor.

Supreme Iuppiter quis hunc mihi uirum

Reddet propicium, quem tot insontem malis

Affeci in atro carcere. Pereat improba

Mulier, quæ in has me egit sua libidine,

Fallacia, impudentiaq; angustias.

Des. Mitissimam nouisti Ioseph indolem.

Fac Potiphar quod suaseram, fors nullius

Meminerit omnium, quæ in ipsum admissa sunt.

Pot. At temporis me angustia urget, nec licet

Virum anteuortere. Des. Crepit ostium, uxor est

Vale. sat. age, moræ inest periculum. Pot. Hei mihi.

ACTVS V. SCENA X.

E 3

Æglæ

I O S E P H V S

Ægla, Potiphar, Eupolemus,

Quid audio te mi uir integerrime,
 Quid audio te uoce querula irascier?
 Casus sinistros & pericula uolueret?

Animoq; concitatiore occurrere?

Pot. Quid audio te seropha corruptissima

Verbis tuis procacibus domus mee

Seruos pudicos in stuprum pellicere: te

Prostitueret & me perdere? Æg. Egone te obscuro?

Pot. Tu me. Æg. Quid adeò indigna, fœda, perfida

De me innocente suspicaris scemina?

Quid sceleris admisit? Pot. Rogas quid sceris

Inmunda colluies? Hebræus seruidus

Tuam ob libidinem innocens afflictus est.

Æg. Meus ille stuprator meam ob libidinem?

Quam indigna patior innocens miserrima.

Pot. Jam exemptus ille carceris squaloribus,

Præficitur ultrò Ægyptijs negotijs.

De capite nostro mox feret sententiam.

De te tamen primum exigenda est ultio.

Exporrige iugulum. Æg. Tuam fidem obsecro,

Miser. scito. Pot. Tuus innocens? Æg. Non innocens,

Ego mulierum omnium impudicissima. quia

Male impudica cupiui Ioseph in stuprum, &

Pecius recusantem studebam perdere.

Pot. Exporrige igitur impudica iugulum. Eu. Hui,

Ne per furorem in coniugem peccas here.

Mit. sc. Pot. Non mit. sco. sine. Eu. Non siuero.

Occide me potius tuam quam coniugem.

Pot. Egone

M A C R O P E D I I.

Pot. Ego ne dabo caput amputandam ob hanc sine.
 Eup. Non per salutem Pol tuam istuc suero.
 Æg. Te per tuam fidem amica barba deprecor,
 Mihi parce. Pot. Tibi parcam. ego ne cruiem meam
 Tradam securi & interibo, tu quoq;
 Impune luxuriabere ac seruabere?
 Porrige priusquam membra dilanem omnia.
 Æg. Ego feci, & ego mi uir feram tantiss per hunc
 Ensem remitte, dum tua meaq; pro
 Salute Ioseph atq; regem deprecet.
 Nisi impetraro, hanc ultrò cruiem aut tibi
 Aut speculatori secandam porrigam.
 Eup. Æ quis simum orat here, miseresce quæsumus.
 Te moueat ætas, sexus, atq; id temporis
 Amor impotens. Pot. Inducitis me propemodum.
 Eup. O utinam & in totum. Dij spero dabiunt
 Meliora quam præsumimus, deferbeat
 Quoeso ira paululum in loculum suum
 Ensem reponere. surgat uxor, & abeat.
 Pot. Surgat meretrix. intro eamus hoc super
 Negocio deliberaturi, foris
 Sed tu morare Eupoleme, mox reuertero.
 Eup. Res postulat, citius redi. Puto nil mali
 Vxori in ædibus inferet. Dij boni
 Que pompa procedentium ab aula regia,
 Tum principum tum satraparum insignium.
 Rex suspicior tribunal occupauerit.
 Aut nostrum Ioseph digno honore affecerit.
 Hem, sat moræ, intro, ut hæc heris prænunciem.

I O S E P H V S

ACTVS V. SCENA XI. Tetrametri.

Parho, Thaltibius, Aconsilijs.

CVR Potiphar nō quē adesse iusserā cōspectui, haud
 Comparuit? Th. Mādat a regis executus sum, sed is
 Oh coniugem dixit morandum p̄uicūlum. Par. Morabitur
 In maximum suum malum. Veniat Ioseph, ut sua
 Prudentia innocentiaq; digna capiat premia.
 Thal. Ad duxero, Par. Scitis viri grauiſſimi, quae Ægyptijs
 Quantaq; pericla, & quān ardua imminēt mihi negocia,
 Neq; solus hanc prouinciam possum subire, ut exequar,
 Quae spiritu prophētico faciēda nostro ex somnio
 Vates Hebræus suggerit, Quapropter hunc potissimum
 Nos deligendum duximus, uel quemlibet alium, cui
 Res tanta commendari tuto queat, qui fructuum
 Quintam per ubertatis annos partem in horrea cōuehat.
 Vercor tamen, si prae ter hunc alium virum ex nostratibus
 Exquisierimus, ne uiquam inuenerimus. His super exigō
 Vestrum oīm decreta. Acon. Rex in sempiternū uiuē. Non
 Queamus inuenire tam insignem uirum, cui tantum opus
 Commiseris. Tanta est enim fama, fide, innocentia,
 Prudentia, sapientia, ut nullum secundum habeat. Virum
 Nos hunc magistrum, nos ducem, nos iudicemq; poscimus,
 Nos quoq; beatos arbitramur, hunc adepti principem,
 Quapropter ò rex optime tua celsitudo fecerit,
 Tantum uirum si publicis negocijs praefecerit.
 Id nos tuum consules tum satrapæ de arnimus.
 Sed praeco adest, exaudiamus quid Parhoni nunciet.

ACTVS V. SCENA XII. Tetrametri.

Thaltibius, Parho, Ioseph, Aconsilijs.

Adest

M A C R O P E D I I.

Adest Ioseph. P. Præstosiet. Io. In sepiternū uiue rex
 Parho. Ad sū Ioseph ad uolūtātē tuā prōptiſſimus
 Par. Tantū mihi meoq; regno præstitisti cōmodi
 Diuine Ioseph. per tuam prudentiam ac sapientiam,
 Ut nostro honore non queantus tibi uices, ut dignum erat,
 Rependere, nihilominus (uti possumus) tuis quidem
 Honoribus, sed maxime nostris studentes commodis
 (Cum nemo sit qui dignius fungatur istoc munere)
 Super omnia Ægypti negocia te hoc die constituimus,
 Et ut amodo illa pro tua prudentia ac sapientia
 Digne administres precipimus. Io. O rex magnificæ, quin
 Alium iubes hoc arduum munus subire publicum,
 Qui auctoritate, dignitate, genere, & opibus eminet,
 Meq; eius affectam. Certe agere principem & potioribus
 His præsidere statum meum in simamq; sortem dedeat.
 Et seruituti pristinae torquem inuadebunt liberi.
 Par. Ego sion Parho. Nullus tibi aduersabitur. nec quispiā
 Nolente te manū aut pedem suam improbus uel cōtumax
 Leuabit. at secundus in regno meo ueneraberis.
 Duntaxat una abs te cathedra & hac corona diuidar.
 Acon. Diuine Ioseph nil tibi à nobis time, aut abs quolibet
 Mortalium, nam te & tuam sapientiam ueneramur, &
 Exosculamur. Intrepidus amplectere hanc prouinciam.
 Io. Pro regis & populi salute non modo omnē industriam,
 Omnemq; sollicitudinem uerum etiā & hanc uitam meam
 Impendere ex animo paratus sum. Ergo si hoc me munere
 Fungi iubes rex maxime, præsto est Ioseph, utere
 Tu opte me pro arbitrio. Dei mei per gratiam
 Videbor ad onus publicum, q̄ ad nostrum honorē attentior.


I O S E P H V S

Par. Gaudeo. Acon. Tibi fauimus, et cōgratulamur singuli
 Diuine Ioseph. Addeatq; rex, ut hunc praeconio
 Iubeas celebri predicari, ut populo ab omni debitis
 Veneretur usq; honoribus, sciantq; cuncti Ægyptijs
 Hunc constitutum principē. Par. Mādabimus. uerū omnium
 Primum stola adferatur byssina, atq; torques aurea,
 Ciarūq; nostrum Thaltibi secundum honestē praepara,
 Quo primum in hac, deinde in alijs euehatur urbibus.
 Th. Facesso rex, cum torque uestē mox feram, dein essedū.
 Par. Ades mi Ioseph. hoc manus meae annulo donaris, ut
 Quo; cumq; eo signaueris ratum fiet. Acon. Ratum quoq;
 Tenebimus. Th. Hic uestis est. hic torquis est. P. Ita iusserā.
 Exutus illa, hac induatur denuō. Acon. Rex maxime
 Nil hoc honore honestius, nil dignius. Par. Factum bene.
 Iā torqs aurea pectus et collū ambiat. Acō. Nil hoc quoq;
 Decentius. Iam uox rex Praeconis hoc mandarit, ut
 Omnes Ioseph maximum decorent honore maximo.
 Par. Iuxta meam sententiam istuc suggeris. Mox Thaltibi
 Eductum Ioseph publico praeconio per plateas
 Nostro iubebis nomine σωτήρα νόσμου dicier,
 Venerarier, genuq; flexo ab omnibus adorarier.
 Io. Tanto pro honore gratiam nunquam referre ualuerō
 Tibi rex Parho. ast operā dabo, ne ingratus unq; reperiar.
 Th. Quod regi et oībus placet principibus alacrer exequor.
 En tādē adest cū uxore princeps Potiphar. P. Cū istoc mihi et
 Cum uxore disceptandum erit tu exequere, uos concedite
 Pro dignitate principes. Acon. Decet id quidē. concedimus.


ACTVS V. SCE. XIII. Tetractri.

Thaltibius, Potiphar, Parho, Ægla.

MACROPEDIJ.



Σωτήρα νόμου regis edicto hunc iubeo uocariet.



Genuq; flexo Ægyptijs ab omnibus adorariet.

Pot. Dij beati quid uidemus? quanto honore & gloria

Euctum Ioseph cernimus? quo decore circumducitur?

Qua fronte nunc audebo regis me exhibere uultui?

Ob inuis libidinem mulcris heu miser occido.

Æg. Cōside Potiphar, ego feci, et ego ferā. Po. Quid tu fe

Ego regis irati intueri uultū ut Orca (etiā innocans) ras?

Horresco, quid feras mulier? ecquid feras? Et hoc male

Me habet, quod optimū uirum non licuit anteuorere. Heu

Quot opprimunt me angustia, curæ, atq; amertudines.

O si mihi solum dehiscat ac baratrum absorbeat.

Æg. Lachrymas meas precæsq; nostras neutiq; asperrabi

Adeamus, absit ut mei causa malo aut incommodo (tur.

Mi uir labores quopiam. Procede, rex tribunal occupat.

Th. Σωτήρα νόμου reg. &c. Genuq; flexo, &c. ut supra.

Æg. In ligna sum tuo quidem conspectui generose rex

Princepsq; clementissime ob meam libidinem, dolum,

Et peruicaciam, quibus castissimum adolescentulum

Pellere nisa sum in stuprū, & uirum meū integerrimum

Technis meis mendacibus consue per duxi, ut piū

Fi lumq; (dum stuprū negasset) perderet in ergastulo.

Nihilominus fidens tuæ mi domine rex clementiæ,

Obscra

I O S E P H V S

Obsecro per has te lachrymas, ut hanc mihi & uiro meo
 Noxam remittas maximā. quam in innocentem admisimus
 Quod si minus merebor hanc pro me impetrare gratiam,
 Propter facinoris turpitudinem, oro rex acquisitine, &
 Te obtestor omnia per poli terræq; magna munina,
 Ne in hunc meum in fontem maritum diriora exerceas,
 Sed prorsus in me scuiat fontem tua indignatio.

Quo rex thronus tuus sit immaculatus orbi iugiter,

Qui neminem innocentium, at tantum nocentes plexeris.

Thal. Σωτήρα νόμου reg. &c. Genuq; flexo, &c. ut supra.

Par. Etsi quidem tuam per impudentiam, libidinem,

Ac uirulentiam magis peccaueris muliercula,

Tamen maritus ne utiquam sine crimine est, qui tibi magis

Quæ mulier es fidei male, quam fido Ioseph credidit.

Tu Potiphar cui credidi tum militarem exercitum,

Tum carceris custodiam, tum sacra & arcana Isidis,

Tu glorie maculam impruinis nostræ per imprudentiam

Et temeritatem. Tu facis diademata nostrum gentibus

In glorium. Hæcine reddis bene de te merenti Potiphar?

Et iam quidem factis tuis dignum reciperes præmium,

Verum illius qui oppressus est, te ex amini seruauero.

Thal. Σωτήρα νόμου reg. &c. Genuq; flexo, &c. ut supra.

Pa. Quid rex Parho, qd potero respondere adhæc, q noxius

Et morte dignus sum? Tua solius ex clementia,

Magniq; Ioseph misericordia (mibi si qua est) salus

Aut coniugi speranda adhuc) seruabimur. austi nihil

Præ tendimus. tantummodo imploramus misericordiam.

Par. Adest Ioseph maximus Λοδομάρης, qui si uolet

Vobis suæ salutis hostibus salutem conferat,

M A C R O P E D I I.

Tradam ipsius modoutrunq; uestrum examini. scædite.
 Thal. σωτηρια nos, μου reg. &c. Genuq; flexo. &c. ut supra,
 Pot. O sancta numina hunc uirum nobis propiciū reddite.
 Æg. Mi uir dabūt nobis Dij ingenitam uiro clementiam.

ACTVS V. SCENA XIII. Tetrametri.

Ioseph, Parho, Æglā, Potiphar, Thaltibius.

Viuat Parho rex maximus. Parh. Salue mi Ioseph.

Hos tue

Salutis hostes, gloriæq; nostræ, quos uolebam ego

Vt digni erant punire crucibus, sed quòd in te maxime

Peccauerint, examini tuo relinquo acerrimo, ut

Per te necentur ense, laqueo, aut igne, iuxta arbitrium.

Pot. Miserecæ clementissime, miserecæ Ioseph perditis.

Non nisi neci profecto sumus obnoxij atrocissime. at

Remitte nobis misericors sælus, quod in te admisimus,

Quo tibi perennem gloriam paraueris. nos quoq; tibi

Perenniter deuinxeris. Io. O rex tremende denuo

Pro his te duobus obsecro. Memento quæso quòd mihi

Mitissimè uitam meam cum his unicus donaueris.

Par. Horum tibi si tanta cura sit mi Ioseph, serua eos,

Suamq; uitam iugiter soli tibi acceptam ferant.

Æg. Recipe me Ioseph iam pudicā, quā impudicā passus es.

Recipe uirum plus credulum uerbis meis, quàm oportuit,

Semper tamen tibi fauentem ex animo, & imo pectore,

Recipito utrunq; in gratiam, quòd absq; gratia tua

Data uita mors amara sit. Io. Mihi uestra comploratio

Lachrymas quoq; excutit. resurgite, haud secus cordi meo

Posthac futuri quàm fuistis antea, confidite.

Recipio utrunq; per osculum sanctum in priorem gratiam

Par. Et

I O S E P H V S

Par. Et ego Parho restituo te Potiphar honori pristino.

Confide. cuncta quæ accidere abiecit hinc obliuio.

Sed est quod hac hora mihi promittier desidero.

1970

Pot. Ago gratias tibi Parho, magnoq; Ioseph maximas.

At quid fiet quod Potiphar regi aut Ioseph d-neget?

Par. Quam postulabit primitus, dabitis Ioseph filiam

Vestram pudicam coniugem. Pot. Si copulariet meo

P. inceps uolet generi infimo, ab sit ut negemus quippiam.

1975

Par. Tu posse Ioseph. Io. Posco Potiphar mihi des filiam

Tuã A senathen cõiu gẽ. Po. Despo deo. Pa. Adducatur huc

Heus Thaltibi, adduc Potiphari gnata A senath. Th. Vocauit

Æg. In lusu et in tremore se nõ cõpscrit. Io. Solabitur, (ro.

Cum tibi secunda uiderit. Nec uestuam cultu A senath

1980

Nubet mihi, sed fide & honestis moribus. noui indolent

Gnata, quam ab incurabilis deum timere ipse docui.

Sed eccam eam. —

ACTVS V. SCENA XV. Trimetri.

A senath, Thaltibius, Potiphar, Æ gla, Parho, Ioseph.

VT dixerat præco parentes pristinam

Tandem impetrarunt gratiam: Th Pol pristinam.

A se. Ago gratias cœi Deo ter maximo. At

1985

Quid me prodire uolunt puellam in publicum?

Thal. Nihil hinc mali. Rex te uocari iussit, ut

Parentibus congaudas. A se. Pudor uetat

Accedere. Thal. Nimum pudorem pellito.

1990

A se. Solatur hoc. latus pater sit obuius,

Princeps Ioseph sequitur, & Rex maximus.

Pot. Te gnata Ioseph principum princeps petit

Iubente rege habere honestam coniugem.

Deliberat

M A C R O P E D I I.

Delibera quid hoc super negotio respondeas,
 Deest haud patrem inuit. am. clo. are filiam. 1995
 Responde uerbum principi coram Parhone,
 Procribus, & parentibus, qui id expetunt.
 Ase. Quod regi. & omnibus procribus, quod patri &
 Matri placet, mihi placere æquissimum est.
 Io. Spondez mihi te fore fidelem coniugem? 2000
 Ase. Spondeo. Io. Mei; pudicæ am. antem? Ase. Spondeo.
 Io. Et liberos rectè educantem? Ase. Spondeo.
 Io. Et ego tibi iuxta omnia hæc respondeo.
 Ita me iuuet cœli Deus ter maximus.
 Ase. Mei; ita iuuet cœli Deus ter maximus. 2005
 Io. Cape mutue fidei atq; amoris symbola
 Æ. g. Pijsimum & longe omnium mortalium
 Castissimum nacta es maritum filia,
 Cuius pudet me & pœnitet probam indolem
 Tentasse fœdis operibus. Par. Quid nunc? sile. 2010
 Haud lachrymis commune gaudium deest
 Confundere. Omnia tollet hæc obliuio.
 Congratulare nuptijs. Æ. g. Congratulor,
 Et gaudio magis quam dolore lachrymo.
 Par. Bene est. eamus intrò. Paria nuptijs
 Sint gaudia & conuiuia. Ios. Præcedere rex.
 Par. Sequere tuacum sponsa Ioseph. sequere me.
 Io. Rex te sequor. sequere soar socrusq; nos.
 Pot. Te sequimur omnes alacriter. Thal. Quæ reliqua sunt
 Spectator, haud foris putanda exhibenda, nam in 2020
 Penetralibus thalamisq; cuncta regie
 Celebranda sunt. quæ nostra erant exhibuimus.

IOSEPHVS MACROPEDIJ
ÆGREGX PER EPILOGVM.

ad spectatores. Trimetri.

Qui Castitatem amatis ac ueneramini,
 Suspiciite Ioseph Castitatis uindicem,
 Qui lubricus es, uel impudicis moribus,
 Motus rebelles Castitate supprime.
 Quod premium sit impudicitie uides,
 Pudor, dolor, periculum, & exitium ultimum,
 At paululum etsi differantur interm,
 Sunt multo honestiora Castitatis premia,
 Honor, decus, laus, & perennis gloria
 Vos itaq; qui castis fauetis moribus,
 Quia castitatem comicas probauimus,
 Si candidi estis, & placuimus, plaudite.